31/5
156
3:12f

Zeugen, die Leute sagten aus, daß er [illegible]
Hübner fragt, welche Zeugen Meyer habe, u. [illegible]
erwiedert, man zeige nicht auf die [illegible]
nicht auf die Schwur.

Im abgewichenen Frühjahr 1831 bey Bas[illegible]
3 Stück Lein [illegible], 1 für die Mädchen, 1 [illegible]
u. ein für Gebaren – Baßedau's [illegible]
18 u. erhalten alten schmutzigen Lein für [illegible]
11 Hübner Meyer u. Frau [illegible]
18 Frau Lein, Hübner sagt zu seiner Frau [illegible]
18 Lein auf dem letzten [illegible]
98 die übrige [illegible], wo [illegible] Meyers Frau Name
Margaretha den Hübner sagt: [illegible]
ob er Hübner etwas dabey [illegible] oder [illegible]
Kaufen laßen.

Schneider Heinrich Detlefsen in Grei[illegible]

M. Es ist ein Attestat zu entwerfen [illegible]
den U. auf Greifau zu senden. –
M. pro litt. an Detlefsen –
M. Am 17 October den Hübner zu [illegible]

Ries.

Ritter.

VAFTHRUDNISMÁL.

819.1
Vaf

VAFTHRUDNISMAL
SIVE
ODARUM EDDÆ SÆMUNDIANÆ UNA.

QVAM
EX COD. MEMBR. BIBLIOTH. REGIÆ
CUM
VERSIONE LATINA, VARIETATE LECTIONUM, NOTIS PHILO-LOGICO-CRITICIS, INDICEQVE VOCUM
PRO
STIPENDIO
COMMUNITATIS REGIÆ OPPONENTIUM
EXAMINI SISTIT

GRIMUS JOHANNIS THORKELIN

DEFENDENTE
DOCTISSIMO PHILOLOGIÆ ET ARTIUM CULTORE
THORARINO SIGV. LILIENDAHL.

IN AUDITORIO COLLEGII REGII DIE MARTII.
HORIS POST MERIDIEM SOLITIS.

HAVNIÆ, MDCCLXXIX.
TYPIS ET IMPENSIS AUG. FRID. STEINII.

Donat: ab: Br.

Rob. Sheringham. de Anglor. Origine pag. 265.

Certe ſi Edda non fuiſſet, majorum noſtrorum facta obſcuritate & caligine obruta oblivioni traderentur. Nam ad hiſtoriæ ſeriem inutilis ut ſit, in eadem tamen eorum Theologia, Religio, mores, & conſvetudines deſcribuntur.

Salluſtius Philoſ. de Diis & mundo. Cap. III.

Τι δηποτε ουν τουτους αφεντες τους λογους, οι παλαιοι μυθοις εχρησαντο, ζητειν αξιον. καὶ τουτο πρωτον εκ των μυθων ωφελεισθαι, τογε ζητειν καὶ μη αργον την διανοιαν εχειν. Οτι μεν ουν θειοι οι μυθοι, εκ των χρησαμενων εστιν ειπειν· καὶ γαρ των Ποιητων οι θεοληπτοι καὶ των φιλοσοφων οι αριστοι, ὅιτε τας τελετας καταδειξαντες καὶ αυτοι δε εν χρησμοις οι θεοι μυθοις εχρησαντο.

ILLUSTRISSIMO VIRO

OWENO
AB HOEG GULDBERG

AUGUSTISSIMI REGIS ET STATUS INTIMO
SECRETARIO &c. &c.

VIR ILLUSTRISSIME!

Convenit temporibus noſtris præclarum illud Veterum, honoribus artes ali, omnesqve incendi ad ſtudia gloria. Græci qvidem, cum Muſicam plurimi fecere, complures qvoqve habuerunt hujus artis peritiſſimos. Non dedecuit Epaminondam canere fidibus; qvin indoctus habebatur Themiſtocles cum cytharam pulſare recuſaret. Ut vero coli præ cæteris Geometria cepit, crevit honos amorqve

qve

qve artis arithmeticæ. Nec diſſimilis reliqvarum majoris pretii ſcientiarum fuit conditio. Annua centena conſtituit Veſpaſianus in uſus eorum qvi vel Latinæ vel Græcæ eloqventiæ ſtudio claruere nec minus in poëtas & cujuscunqve magiſtros artis munificus. Viginti talentis una venit Iſocratis oratio. Exulem Thucydidem non ſua domum virtus ſed facundia reduxit. Menandrum Getam omnes norunt ſummam ſibi æſtimationem eloqventia meruiſſe. Divinum Homeri Opus ſcrinio auro gemmisqve diſtincto, qvo Perſicos inter theſauros nihil prætioſius reperiebatur, optime ſervandum putavit Alexander. Ab omnibus petebatur Ariſtoteles, naturæ veriqve nobiliſſimus auctor & civilis qvoqve prudentiæ conſultiſſimus. Artes qvidem,

&

& in his ſalutarem adeo miratus eſt Ptolemæus, ut Theombrotum centum talentis donaret. Qvantum porro natæ faſcinandis oculis arti pretium fecere Ariſtides, Timomachus, Appelles, Melantus, qvorum honori debetur, qvod viri principes non indigna crediderint pictorum Myſteria, qvibus liberi ſui initiarentur.

Nec ſegnior aut parca magis ſcientiarum cultrix fuit ætas poſterior, infelix illa demum, ſiqvando has, humanæ vitæ duces & magiſtras ſiverit evileſcere. Hiſtoria ſemper, poëſisqve & utriqve præponenda Theologia nunqvam non viguit. Non tamen defuere tempora, qvibus hæc vel illa ſcientia Potentum Amore, multorum ſtudiis, & vulgi æſtimatio-

 ne

ne polleret, frigeſcentibus cæteris & oblivioni neglectuiqve paulatim datis.

TU vero VIR ILLUSTRISSIME! qvippe cum optime perſpicias qvanti publicæ rei interſit, ita jungi ſcientias, ut una alteri manus qvaſi auxiliatrices porrigat, omnes ſimul foves & promoves cultorumqve ingenia noſcere & cognita præmiis & humanitate excitare laboras, ut eo qvisqve currat impiger qvo impetu naturæ fertur, & propendet. Sic TE, aliisqve connitentibus Viris Regisqve inſervientibus ſtudio atqve conſilio, non ſine ſummo Patriæ gaudio & emolumento, florent literæ, perficiuntur artes, latius latiusqve commercia diffunduntur, honor opesqve, qvibus fulcris publica ſa-

lus

lus nititur, incrementa capiunt in dies lætiora. Huc leges tendunt tam ſcholis, qvam *Communitati Regiæ* in novum & meliorem redigendæ ſtatum non ita pridem ſapientiſſime latæ, qvibus ſcribendis & tuendis TE etiam adhibuit Pater Patriæ optimus.

Patere igitur VIR ÆSTIMATISSIME! ut hoc qvalecunqve non induſtriæ ſolum meæ & debiti legibus obſeqvii ſpecimen, ſed ſincerum, & qvod ſolum publice dare poſſum, grati animi & tot TIBI nominibus devinctiſſimæ voluntatis monumentum dicam, addicam. Offero illud ea fiducia, qva TE adire, indulgentiamqve TUAM expetere mihi licuit. TIBI enim totum me devoveo Deum precatus, ut TE inter ſummos rerum ac juſtitiæ in Patria

no-

noſtra moderatores rebus intereſſe jubeat qvam diutiſſime in ſolatium Reipublicæ eorumqve, qvi meo exemplo illuſtriſſimum nomen TUUM, cum pietate ſingulari & devota ſubmiſſione ſuſpiciunt

Havniæ,
d. XXIX M. Januarii
MDCCLXXIX.

Cliens addictiſſimus
G. Johannis Thorkelin.

L. S.

Eddica hæc, qvam vulgamus, Ode vulgo audit Vaſthrudnismal: qvod ipſi qvoqve nomen tribuit Codex notæ optimæ membraneus Bibliothecæ Regiæ cimelion. Qvi codex, ineunte ſeculo decimo qvarto pictus nitide, ſcriptusqve cura haud vulgari folio 7. pag. 6. exhibet hoc carmen a titulo rubris incipiens literis.

Auctorem, ac cæteræ Sæmundianæ Eddæ partes, æqve neſcit ſuum: Vetuſtiſſimum autem eſſe, & Polyhiſtore Oddenſi antiqvius, monſtrat dictio gravis, terſa, ſuisqve munditiis, & cana ſimplicitate, qvam poſteri cætera docti nunqvam aſſeqvi potuerunt, ubiqve commendabilis. De Eddis a me fari multa, nihil opus eſt: viri etenim maximi, qvos opt. Patriæ Pater monumentis arctoi orbis conſervandis conſtituit, Sæmundianam membratim jam edi jubent, ejusqve notitiam conſcribi. Rationem igitur mearum circa hanc Odam lucubrationum tantum reddo. Codex Regius mihi textus auctor eſt; evictionem ille præſtet, ſiqva ſcriptura, lectio, diſtinctiove minus rite placet: omnia enim invariata dedi, ſi ſtropharum per naturalem verſuum partitionem, & ſuam cuiqve adſcriptam ſtrophæ perſonam, numerosqve exceperis. Qvam mutationem duxi neceſ-

ſariam cum inſtar proſæ omnia in autographo ſcripta eſſent absqve ulla ſtropharum aut per ſe, aut per ſuas partes diſtinctione, lineis novis ordinarie facienda.

Qvam attuli varietatem lectionum, ſciendum eſt, eam me debere Codici Chartaceo optimo, ſcripto manu illuſtr. Dni I. Erici. evergetæ ætatem devote colendi. Huc translata ab eo omnis eſt varietas, qvam *a*) duæ Chartæ melioris notæ in Islandia aſſervatæ habuerunt *b*) Cod. Chartaceus Langebechius ante, jam vero decus Bibliothecæ Perill. Dni Sköningii. *c*) Chartaceus Codex, qvi a patria *Svecicus* nobis appellatur, cum in Svecia ab alumno Collegii Antiqvitatum Regii, neſcio qvo *) ſcriptus ſit, has vero in oras a b. Langebeckio itinere literario apud exteros defuncto latus.

Verſionem more meo verbalem adhibui, notasqve breves, at ut ſpero, ad rem facientes. Inutilem noſtra inter & Græcorum Latinorumqve dogmata collationem eſſe dicant, qveis conſtiterit utrosqve a communi fonte neutiqvam hauſiſſe. Index vocum eas habet ſolas qvæ apud noſtros, hactenus cum literato communicatos orbe ſcriptores non obveniunt.

Et hæc ſane ſuos habent nævos, ſuas imperfectiones, mala neceſſaria in qvovis labore, qvalis verſio Eddæ eſt; ubi vo-

*) Adornavit idem verſionem Odarum aliqvot latinam, qvæ tamen exiguam mihi præſtitit utilitatem. Nec majoris momenti in obſcuris arduisqve lucem attulit b. Ejolvi Jonæ Paſtoris olim Wallenſis Paraphraſis Islandica commentariis juncta in hanc noſtram Oden.

voces obſoletæ, fragmenta rerum a majoribus geſtarum, ſcribarum menda nitori ſuo, integritati, fideiqve reſtituenda ſunt. Subſidiorum taceo defectum, qvi vel ſolus monet improbo labori abſtinendum eſſe, licet ſpes a latere conſtituta clamet, vocitet

Tu ne cede malis, ſed contra audentior, ito.

Hæc difficultas in cauſa eſt, cur ejusmodi rerum tot etiamnum lateant jaceantqve, qvæ poſt unum alterumve conatum ab interitu vindicari, ſuæqve & publicæ luci reddi potuiſſent, meqve hæc molientem tantum non abſteruit. Per tot igitur obſtacula eluctantis, ſi æqvis peritisqve lectoribus mea ſaltem induſtria placuerit, habebit præmium, qvo alacrior in poſterum, & forte felicior majora conabitur. Scripſi Havniæ 2 Kal. Febr. 1779.

AD-

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. lin.

1. 3. pro admodum l. ad modum.

3. 17. pro Ξευς l. Ζευς.

25. pro cædem l. eidem.

4. 16. pro Aſynuom l. Asynníom.

5. ult. pro habe l. habet.

10. 5. pro Kaldrifiadan l. Kaldrifiadana.

11. 25. pro Crotylo l. Cratylo.

32. 28. pro Gigas l. Vanus.

33. 31. pro *Tanaim* inter *Wolgam* l. *Tanaim* inter atqve *Wolgam*.

37. 35. pro qveisminatur l. qveis minatur.

38. 9. pro þat l. þvíat.

26. pro aſreiſt l. áreiſt.

41. 6. pro *colliculo Hoddmimis* Chartæ legunt *carne Hoddmimis*.

45. 9. pro enutiantur l. enutriantur.

47. 30. pro aflaverat l. afflaverat.

48. 23. pro ſeu l. ſive.

55. 7. pro ſenſus l. ſenſu.

11. pro adapprobante l. approbánte.

33. Fimbul forſan connatum eſt cum Anglico apud Junium *to fumble* qvod proprie dici ait de iis, qvi rem aliqvam inſcite, infabre tractant, qvod Svecis eſt *fumla* & Belg. apud Kramer. *femelen*, *fymelen*, Narrenpoſſen treiben, nugari, *femel achtig* inanis, ſtupidus, inconditus, ruſticus, barbarus: qvod prædicatum ætati a vola deſcriptæ cum ob frigora rigidæ, tum ob mores feris indignos convenit.

56. 33. pro numerum l. numinum.

58. 23. pro crotylo l. cratylo.

59. 19. pro diffundere l. diffindere.

28. pro taqve l. itaqve.

60. 28. pro innotaverit l. innataverit.

62. 4. *Níþ* probrum, convicium, contumelia, a qvo *níþingr* homo nullius fidei deſcendit, commodiſſime derivari poſſe credo a *níþ* Dan. *ned neder* deorſum, infra; haud aliter ac *Nedertrægtig* homuncio qvi nihil curat qvid alii de ſe ſuisqve factis judicium ferant, & *Nedertrægtighed* ejusmodi animalis neqvitia iniqvitas.

64. 7. pro cremor l. cremorem.

66. 16. pro p in þ l. p in f.

67. 5. pro Waſthrudnes l. Vaſthrudnis.

CON-

VAFTHRUDNISMÁL.

CONTENTUM.

Hæc Ode, qvæ inter Eddicas in Cod. Reg. qvarta eſt, admodum colloqvii majoribus adamati, iter qvoddam deſcribit, ab *Odino* ſub *Gangradi* nomine látenti ad *Vafthrudnem* Gigantum qvemdam Principem ſuſceptum. Cujus itineris hic erat finis, ut, certarent, experirentur, demonſtrarent, uter ſapientior haberetur. Multis igitur qvæſtionibus ultro citroqve motis, ſolutisqve, plurima, qvæ majorum in religione dogmata continent, proponuntur. Sunt ſc., qvæ eorum Cosmogoniam, ut ſtrophis XXI. XXIX. XXX. XXXIII. illuſtrant. Sunt, qvæ eorum de mundi interitu ideas docent ſtroph. ſc. XIX. XLV. XLVII. XLIX. LIII, & hominum poſt mortem conditionem ſtroph. XL. Sunt alia deniqve, qveis rerum naturalium ratio exponitur ſtroph. nempe XII. XIV. XXII. XXV. XXVII. XXVIII. XLII. XLV.

A Stropha

Stropha 1.

ODINN.

Rád þú mer nú Frigg. 1)
allz mic fara *a*) tíþir
at vitia *Vafþrúdnis.*
forvitni mikla
qveþ ec mer á fornom ſtaufom
viþ þann inn alſvinna iötun, 2)

Stropha 2.

FRIGG.

Heima letia
ec munda *b*) heriafaudr. 3)
í gaurdom goda.
c) þvíat engi iötunn

ec

a) liſtir. b) Heria-faudr. C. S. c) því engi. L.

1) *Frigga*, *Fiörgvini* filia, conjux *Odini* erat *Reginaqve* coeli. vid, Mythol. III & XXX, coll. cum illuſtriſſ. Dni *P. F. Suhm* ſcripto *de Odino.*

2) Per *Jötnos*, majores noſtros, non modo homines, ingentia corpora, ſed etiam dæmones, genios, ſemideosqve intellexiſſe neceſſum eſt. In priori ſignificatu nobis adhuc ſumitur ut olim; unde *Jötunheimr* Jötunorum patria. Deos autem ſed medioxumos fuiſſe ex Stropha XXXVII infra, ubi de *Hræſvælgo* Ventorum patre, qvi *Jötunn* appellatur, agitur, facile patet. conf. *Edd.* Mythol. IV. de *Ymero.* Nec obſtat illa negans, *Ymerum* pro Deo habitum fuiſſe; ſcilicet ex plebe minorum deorum eſſe potuit, nec tamen divino cultu celebratus. Ita apud *Ovid. Jupiter.*

> Sunt mihi *ſemidei*. ſunt ruſtica NUMINA *Nymphæ*
> *Fauniqve*, *Saturiqve*, & monticolæ *Sylvani*
> *Qvos coeli* — — *nondum dignamur honore.*

Re-

Stropha 1.

ODINUS.

Da mihi conſilium o 1) *Frigga!*
Siqvidem ego cupio
Inviſere Vafthrudnem:
Aviditatem magnam
Profiteor eſſe mihi (*experiundi*) *antiqvas literas*
Cum omniſcio iſto 2) *gigante.*

Stropha 2.

FRIGGA.

Domuitionem disſvaderem
3) *Heroum Patri*
A manſionibus Deorum;
Nullum enim gigantem

 Omi-

Reſpondent igitur *Jötni* Græcorum *Titanibus*, qvos non ſolum *Heſiodus* in θεογονια. v. 640. ſed ipſe Ξευς v. 640. ibid. Θεως appellant. Inter hos atqve *Gigantes*, contra *Heſiodum* l. c. v. 207. coll. cum v. 185. & *Diodor. Siculum* Lib. V. p. 327. qvos ſeqvuntur *Procopius Gazæus*, *Albericus Philoſophus*, & *Servat. Gallæus* &c. eos confundentes, hoc diſcriminis eſſe docet *Servius* ad *Æneid.* L. VI. v. 580. qvod "*Titanas* contra *Saturnum* (*Terra*) genuerit, *Gigantes* poſtea contra *Jovem*, & ferunt fabulæ *Titanes* ab irata contra Deos *Terra* ad ejus ultionem creatos, unde & Titanes dicti ſunt απο της τισεος ɔ: ultione.„ Sed cum in his differentia ſpecifica nulla adſit, crediderim *Titanes* cum *Gigantibus* eosdem eſſe, qvod vel communes utrisqve natales, forma, mores ſat ſuperqve evincunt. Diverſa cæterum nomina diverſis temporibus uni eædemqve genti, data eſſe conſtat.

3) *Heria faudr* vocat Odinum ſ. virorum Heroumqve pugna fortium Patrem. Edd. Myth. III. Fieri etiam poteſt ut *Heriar* hic ſint illi *Einheriar* ɔ: Monoheroes, Valhallæ cives in Myth. XXXV. *Ein* per apocopen ablato. In ſeqventi ſtropha invocat *allda faudr* qvod ſignificare poteſt & Seculorum ɔ: æternum patrem, & hominum genitorem; nam Öl*d*, *Auld* 1) ævum 2) homines eo viventes denotat.

ec hugda iafn rammann
ſem *Vafþrudni* vera.

Stropha 3.

ODINUS.

Fiöld ec fór, 4)
fiölþ ec freiſtada,
fiölþ ec reynda Regin;
hitt vil ec vita,
hve *Vafþrudnis*
ſala kynni ſe.

Stropha 4.

FRIGG.

Heill þú farir.
heill þú aptr komer.
Heill þú Aſynnum 5) ſer.
Ödi þer dugi,
hvars þú ſkalt 6) or allda faudr
orþom mæla iötun.

Stropha 5.

Fór þá *Odin*
at freiſta orþspeki
þes inns alſvinna iötuns.

at

4) *Plurima obivi.* Ex Oda Eddæ Sæmundianæ *Grímnismálom* conſtat *Odinum* XLII itinera ſuſcepiſſe perſonatum. Etenim hic, qvæ ſingulis itineribus nomina ſibi dederit, diverſa enumerat. In his *Gangradi* deeſſe miror, niſi pro *Gangleri* ibi occurrente, legi debeat *Gangradr*, qvod facilis credo. *Gangleri* qvippe nomine latuit olim *Gylvius* Rex Sveciæ *Odinum* & ſocios exploraturus. Ex omnibus vero ejus itineribus hoc modo ſuſceptis nota nobis tantum ſunt, qvæ

1) *Veg-*

Ominor fortitudine parem
Vafthrudni eſſe.

Stropha 3.

ODINUS.

Multa obivi, 4)
Multa expertus fui,
Multa tentavi numina;
Scire igitur cupio,
Qvalia Vafthrudni
Domicilia ſint.

Stropha 4.

FRIGGA.

Salvus ito!
Salvus redito!
Salvus nobis Deabus eſto!
Ingenium tibi (adſit) ſufficiat
Ubicunqve opus habueris o noſter æternitatum Pater!
Verbis alloqvi Gigantem.

Stropha 5.

Abiit protinus Odinus
Tentatum colloqviis ſapientiam
Omniſcii iſtius Gigantis,

 Ad

1) *Vegtams qvida* ſæpius impreſſa. 2) *Hervararſaga* Cap. XV. pag. 142. 3) *Grimnismál.* 4) Mythol. Eddæ Snorr. LI & 5) iter, qvod hæc noſtra, deſcribunt.

5) *áſinnum* ɔ: interim *Dan.* imidlertid, ſaa længe, legit Cod. *Reg.* ſed placet magis lectio Cod. *Svecici*, qvam retinui. Scilicet *Frigga* de conjuge Deo ſollicita, anxiaqve optat, ſibi & Deabus cæteris gaudium ex foelici Odini reditu percipiendum.

6) Or pro *vor* noſter, optime apud antiqvos dicitur, hujus loco *viþ* cum ſc. *Vafthrudne* habe Codex *Langebeckianus.*

at haullo hann kom
er átti Imsfader. 7)
inn geck *Yggr* 8) þegar.

Stropha 6.

ODINUS.

Heill þú nú *Vafþrúdnir*
Nu em ec í haull, kominn
á þic ſiálfann ſiá.
Hitt vil ec fyrſt vita
Ef þú fróþer ſer
d) eþer alſviþer iötunn. 9)

Stropha 7.

VAFÞRUDNER.

Hvat er þat manna
er í mínom *e*) ſal
f) verpomc orþi á?
Út þú ne komir 10)
orom haullom *g*) ofrá
nema þú inn ſnotrari ſer.

Stropha 8.

d) edr Cod. *Ericius*. e) ſaulum. f) verpo mic. gloſſa eſt. g) frá C. E. orfrá.

7) *Imsfader* ſ. ut Cod. *Langeb.* vult *Ymisfader* ɔ: *Ymeris* Pater. *Vafthrudnem* notat, aut qvia filium habuit nomine *Ymerum*, aut (qvod rectius eſt) cum Pater eſſet, Princeps ſ. Rex *Jötnnorum*, qvi *Ymero*, (de qvo infra,) editi erant. Adeo ut in una hac voce duo adſint tropi. Metonymia ſc. efficientis in *Ymero* qvi pro effecto, poſteris nempe ponitur, & Metaphora, qva Pater pro Rege adhibetur.

8) *Yggr.* unum ex *Odini* nominibus, mihi ab at *hyggia* ſ. *Yggia* curare, attentum eſſe. Qvod *Odino* ſ. Deo dignius eſt, qvam ſi illud ab *yggr*, *yggilegr* ɔ: ſuſpecto, timendo derivetur.

Ad aulam venit
Qvam poſſedit Gigantum Pater.
Intrat Yggus 8) *ſtatim.*

Stropha 6.

ODINUS

Ave Vafthrudnis!
Jam tuam ingreſſus ſum aula.
Te ipſum videndi gratia
Cupio autem imprimis ſcire
An ſapiens ſis,
Omniſciusve Gigas? 9)

Stropha 7.

VAFTHRUDNIS.

Qvis ille hominum eſt
Qvi meis in domiciliis
Alloqvitur me verbis?
Neutiqvam egrediaris 10)
Ex noſtris aulis
Niſi eo ſapientior ſis.

Stropha 8.

---

9) *Jötun.* Sunt qvi putant voce *Jotun* ſcomma appellato propinari, ſed falluntur, qvod vel *Gagnradus* hoſpes *Vafthrudnem Jotunn* ſalutans edocet ſtropha hac & 8. maximum initurus periculum, ſi heroë tanto fuiſſet indignum. conf. Stropha XIX. ubi ſe ipſum vocat Jötunem *Vafthrudnis.*

10) *Neutiqvam egredieris* &c. Convenit hoc cum Mythol. Edd. II ubi *Har* ſ. *Odinus*, *Ganglero* hoſpiti Deorum ſapientiam tentaturo minatur, exitum illi liberum minime conceſſum iri, niſi eo ſapientiorem ſe probaret Diis. Nec aliter hic evenit; ſiqvidem periculum ſapientiæ atqve ſimul capitis ineunt *Vafthrudnis* & hoſpes, vid. *Stropha* XI. coll. cum Stropha LV.

Stropha 8.

ODINN.

Gagnrádr 11) ec heiti
Nú emc af gongo kominn
þyrſtr til þinna ſala
laþar þurfi
hefi ec lengi farit
oc þinna andfánga Jötunn.

Stropha 9.

VAFÞRUDNIR.

Hví þú þá *Gagnrádr*
h) mæliz af golfi fyr?
12) farþú í ſes í ſál
þá ſkal freiſta
i) hvarr fleira viti
Geſtr eþer inn gamli þulr. 13)

Stropha 10.

GAGNRADR.

Óauþigr maþr
er til auþigs kömr

mæli

h) mælir. i) hver.

---

11) *Gangrádr* legit Cod. *Eric.* qvod utiqve rectius; denotat hoc itinere cinctum, viatorem, qvo verba *jam de via veni* tendere videntur. Male vero *Gagnradi* ɔ: conſiliis ingenui nomen ſibi indidiſſet Odinus, qvippe qvi verſutus erat malefidusqve. C. S. legit, *Gagnradir.*

12) Mos fuit majoribus a prima memoria, ubi perſonas illuſtres & melioris notæ adirent honoris ergo coram ſtare, nec niſi juſſu ſedere. vid. Edd. §. 2. ſtattu frammi ſagdi Hár medan þu fregnar. ſitia ſkal ſá er ſeigir ɔ: *Har Gylfium, dum qværeret, coram ſtare juſſit addens, docentem ſedere debere.* Sed hoſpitalitas feſſis qvietem, exoptata hero ſalute, digito monſtravit.

13) *þulr.* ut hanc dudum obſoletam vocem intelligamus, opus eſt, ad majorum mores provocare. Hi pigritiem ignaviamqve odio habentes, *ſi otiandum eſſet*, omnes in hoc intendere nervos,

ne

Stropha 8.

ODINUS.

Gagnradus 11) *nominor,*
Qvi jam de via veni
Sitibundus ad tua domicilia,
Hoſpitii indigens
(Diu profectus fui)
Qvin & tuæ O Gigas! hoſpitalitatis.

Stropha 9.

VAFTHRUDNIS.

Qvi igitur o Gagnrade!
Nos de pavimento alloqveris coram?
Pete in aula ſedem;
Et tunc experiundum erit
Qvis plura ſciat
Hoſpes, an orator 13) *ſenecio.*

Stropha 10.

GANGRADUS.

Pauper homo,
Qvi divitem adit,

Pro-

ne otioſi eſſent, neqve ſuum otium foret otioſum. Hinc viri foeminæqve ſenio confecti, & rebus gerendis vires poſcentibus inutiles, ſellularias exercebant artes, in juvenibus erudiendis, qvam plurimum occupatas. Sic alii philoſophabantur; alii hiſtorias, & fortia facta virum enarrabant; alii cauſas ferventis admodum fori, ſed domi ſuæ perorarunt. vid. Illuſtr. Dni *Joh. Erici* Patroni mei maxime colendi notas in *Gunnl. Ophioglottæ* vit. pag. 48. & ſeqq. Omnes *þylia* ɔ: orare, perorare, recenſere, repetere, fabulari, dicebantur, ſede inſidentes ſ. cathedra illis *þularſtöli* ɔ: cella oratoria. vid. *Havamál*, a *þula* prolixus ſermo, oratio. Qvi docendi modus literis antiqvior ſit, neceſſum eſt, imo maxime proficuus, qvippe in Academiis adhuc ſervatus. Hinc *þulr* orator, confabulans, A. S. *þyla*, *þyle* orator occurrit apud *Lye & Manning.*

mæli þarft eþer þegi. 14)
Ofrmælgi micil 15)
hygg ec at illa *k*) geti
hveim er viþ kaldrifiadan kömr.

Stropha 11.

VAFÞRUDNIR.

Seg þú mer *Gagnrádr*
als þú á golvi vill
þíns um freiſta frama:
Hve ſá heſtr heiter
er *l*) hverian dregr,
Dag *m*) oc dróttmaugo.

Stropha 12.

GAGNRÁDR.

16) *Scinfaxi* heiter
er inn ſcíra dregr
dag um drott maugo.

Heſta

k) vegni. C. L. l) innſkíra. P. S. er hveriann dag.
m) dregr drott maugo. C. S.

14) *Proferat utilia &c.* idem *Evripides* apud *Stobæum:*

Ἢ λεγε τι σιγης κρειττον, η σιγην εχε.

Dogma noſtris majoribus proprium ſapiente dignum, qvi (ut ait *Ennius*) *multa loqvive, tacereve poſſet;* vindicat *Maxim. Tyrius* Diſſert. XV. dicens: Ἦλθεν εις Ἕλληνας εκ τῆς Σκυθῶν γῆς των εκεῖ βαρβάρων ανὴρ σοφος σοφίαν ου πολυῤῥήμονα, ουδὲ λάλον. αλλ᾽ ην αυτῆς τὸ κεφάλαιον, βιος ακριβὴς καὶ γνώμη ὕγιὴς καὶ λογος βραχὺς, ευστοχος, εοικως ου πελταστῇ μισθοφορῳ απροορατως θεοντι, αλλ᾽ ὁπλίτη βάδην ιόντι, καὶ κινουμενω ασφαλῶς. Et in hoc non *Pythagoram,* cujus, pergente Tyrio, ησαν λογοι εοικοτες τοις νομοις βραχεῖς καὶ επιτομοι, ſecuti

Proferat utilia, cæteroqvin taceat. 14)
Loqvacitatis multum
Ominor male ceſſurum eſſe 15)
Illi, qvi cum ſubdolo rem habet.

Stropha 11.
VAFTHRUDNIS.

Dic mihi Gagnrade
Siqvidem in pavimento cupis
Tuæ virtutis experimentum dare:
Qvo nomine eqvus iſte inſigniatur,
Qvi ſingulos trahit
Dies ſuper humanum genus.

Stropha 12.
GAGNRADUS.

16) Skinfaxi (*juba ſplendens*) *vocatur*
Qvi ſerenum trahit
Diem ſuper humanum genus;

 Eqvo-

ſecuti ſunt, ſed e contrario eos Samius ille doctor imitatus eſt. Sed erint, qvi contendant *Anacharſim* illum *Schytham* inter exteros, præſertim *Græcos* evaſiſſe ſapientem, auctoritate *Herodoti* Lib. IV. §. 76 & 77. fulti. His ingenue fateor me, hac in re, hiſtoriæ Patrem minime tanti facere, ſuis qvippe popularibus ſæpius blandientem, qvanti *Juſtinum* Lib. II. c. 1. 2. *Platonem* in *Crotylo*, ubi minime negat *Græcos* plurima a *Schythis*, accepiſſe. *Clementem Alexandrinum* taceo, *Theodoretumqve* idem confirmantes.

15) Etenim ſecundum Græcos

Ξενω μαλιϛα συμφερει το σοφρονειν.

16) *Skinfaxi* ɔ: jubare jubatus, cujus juba nonmodo radiis coruſcat perennibus, ſed iisdem coelum illuminat atqve ſolum vid. *Edd. Snorr.* Myth. VIII. Auroram hunc eſſe credo, qvæ Græcis φωσφορος vocabatur, Latinis *Lucifer* eqvum deſultatorium mane habens album. Nec a noſtri deſcriptione multum differt *Varronis* illud "*Jubar dicitur ſtella Lucifer, qvæ in ſummo habet diffuſum lumen, ut Leo in capite jubam.*

Heſta beztr þycker
hann meþ reidgotom. 17)
n) æy lyſir maun af mari.

Stropha 13.

VAFÞRUDNIR.

Seg þú þat *Gagnrádr*
Hve ſá jór heiter
er auſtan dregr
nótt oc 18) nyt regin.

Stropha 14.

GAGNRÁDR.

19) *Hrimfaxi* heiter
Er hveria dregr
Nótt oc nyt Regin.
Meldropa fellir hann
Morgin hvern
þadan kömr daugg *o*) um dala.

Stropha 15.

VAFÞRUDNIR.

Seg þú þat *Gagnrádr*

p) Hve

n) æy. C. L. o) í dali. gloſſa. C. Er.

17) *Reidgotum*; ſunt qvi volunt *Reidgota* hic verti *Reidgotalandiæ* incolas; ſed qvæſo, cur ſolos apud Gothos optimus tantum haberetur? cum tamen videatur *Gangradus* innuere, eſſe eum omnium omnino eqvorum præſtantiſſimum. Placet igitur *Reidgota*, eqvum vertere: qvomodo inqvies; ſcilicet a *Reid* eqvitatio, iter eqveſtre, & *Goti* A. S. *Gotend* accelerans, pro qvo hodie *ſkiöti* minus recte dicitur, compoſitum eſt. Sit adeoqve *Reidgoti* eqvitationem accelerans, translate eqvus. Taceo *Gota* vocari in *Edda* feras, & κατ' ἐξοχὴν eqvos; hos ab *Gota Gunnari Ginkæ* filii evqo, illas a celeritate nominis illud acqviſiviſſe puto.

Eqvorum optimus habetur
Ille inter eqvos;
Semper lucet juba eqvi.

Stropha 13.

VAFTHRUDNIS.

Dic Gagnrade!
Qvid ſit eqvo nomen,
Qvi ex oriente trahit
Noctem ſuper 18) *benifica numina?*

Stropha 14.

GAGNRADUS.

Hrimfaxi (*juba pruinoſus*) *vocatur,*
Qvi ſingulas trahit
Noctes ſuper benefica numina.
De lupatis ſtillare facit guttas
Qvovis mane,
Inde venit ros in convalles.

Stropha 15.

VAFTHRUDNIS.

Dic Gagnrade!

 Qvid

18) *benifica numina.* eodem modo Heſiodus Deos vocat in θεογ.
—— δωτῆρες εάων.

19) De *Hrimfaxo* eqvo ſc. pruina jubato, per qvem *Heſperum* intelligo, qvæ refert *Edda Snorr.* Mythol. VIII. hinc deſumſit. *Meldropar* guttæ ſunt, decidentes ubi eqvus (cum *Arato* loqvor)
Spumanti mandit, ſed qva ferus ore lupato.
compoſitum eſt 1) a *mel* hod. *mil* & *miel* lupus lupata Græce λυκος, ferrum ſ. catena ferrea ori eqvino indita. a verbo at *milia* contundere. 2) *dropi* gutta, v. *at driúpa* ſtillare alias *mile* in Sveonum poëſi ſumuntur pro freno, ex gr. Sadel aff Sölff och forgyldene *mile* der med plaga Swenſke Jomfruer at ride. vid. Rudb. Atlantic. Tom. I. pag. 648. Cap. 24 §. 4.

p) Hvę ſú á heiter
er deilir med iötna ſonom
Grund oc med goþom.

Stropha 16.

GAGNRÁDR.

20) *Iſing* heitir á
er deilir med *q*) alda ſonom
Grund oc med goþom:
Opin renna hon ſkal
Um aldr daga
Verþrat is á á.

Stropha 17.

VAFÞRUDNIR.

Seg þú þat *Gagnrádr*
Hve ſá vaullr heitir
Er finnaz vígi at
Surtr 21) oc in ſvaſo goþ.

Stropha 18.

GAGNRÁDR.

r) *Vigridr* 22) heitir vaullr

Er

p) als þú á golfi vill þíns um freiſta frama. *repetunt chartacei Codd.*

q) Jötna ſonum Cod. Er. aldnaſonom C. S.

r) *Gigridr* Cod. S. Qvæ lectio ſat ridicula venit ex ſimilitudine τȣ V majuſculæ in Cod. membr. cum hodierno G. Verum collatis inter ſe vocibus a V incipientibus omne dubium evaneſcit, qvin legendum ſit *Vigridr*.

---

20) *Iſing.* Origines majorum noſtrorum retegens Perill. Dnus G. *Skönning* (qvemdiu ſoſpitem conſervet nobis ſummum numen) amnem hunc cum fluvio *Vuim*, Uvim, aut *Ufa* eundem eſſe ſtatuit, Norſke Folkes Oprind, p. III. Sed poteſt fieri ut moralem ſimul habeat hæc ſtropha ſenſum.

Qvid ſit flumini nomen
Qvod hominum inter filios dividit
Terram atqve Deos?

Stropha 16.
GAGNRADUS.

Iſing *vocatur amnis*
Qvi dividit mortalium inter filios
Terram atqve Deos:
Apertus fluet
Per ſeculorum dies;
Fiet nunqvam glacies in fluvio.

Stropha 17.
VAFTHRUDNIS.

Dic illud Gagnrade!
Qvid nomen habeat campus
Ubi in cædes ruent
Surtus 21) *&* *placida numina?*

Stropha 18.
GAGNRADUS.

Vigridi 22) *nomen campo eſt,*
Ubi

ſum. Qvo *Iſing* diſcordiam, inimicitiam perpetuam, nec unqvam coaleſcentem notet, qvæ fluminis inſtar inimicos Diis *Jötnos*, hominesqve a beatorum diſterminat ſedibus, etenim nobis *Iſing* dicitur animi ad iram commotio, & *iſa* ad iram provocare.

21) *Surtus.* Hic & infra Strophis XLIV ad finem agitur de conſummatione ſeculi. Fieri illa, dicitur proelio inter *Surtum* inimicis Deorum ſtipatum, atqve numina. Eſt Vero *Surtus* finium *Muspellshemiæ* Rector, gladium radiis ſole clarioribus rutilantem manu geſtans. Ille in fine ſeculi, ante ſuos vectus eqvo, comitibus flammis, in cædes ruet, numina vincet omnia, inqve cineres totum vertet mundum, vid. Voluspá Stroph. XLIX. Edd, Mythol. IV & XLVIII.

Er finnaz vígi at
Surtr oc in ſvaſo goþ
Hundraþ raſta
hann er á hveriann veg
ſá er þeim vaullr vitaþr. 23)

Stropha 19.

VAFÞRUDNIR.

Fróþr ertú nú geſtr
far þú á beck iötuns
oc melomc í ſeſſi ſaman.
haufþi veþia
viþ ſkolom haullo í
Geſtr um *s)* godspeki.

CAPITULUM.

Stropha 20.

GAGNRÁDR.

Seg þú þat it eina 24)

Ef

s) Gedspeki. Cod. Er.

22) Aliter Carmen *Edd. Sæmund.* de *Sigurdo Fafnerem* occidente. Qværit hic *Sigurdus*

Seg þú mer þat Fafner	ɔ:	*Dic age Fafnere*
Hve ſá hólmr heiter		*Qvid appelletur inſula*
er blanda heorlægi		*Ubi commiſcent gladiorum ictus*
Surtus oc Æſir ſaman		Surtus & Dii *mutuo*
Reſpondet Fafner		
Oſcopnir hann heitir	ɔ:	Oſcopnir *vocatur.*

23) *Vitaþr* ɔ: deſcriptus, in aliis vero monumentis, *lagdr*, *hasladr.* Solebant enim majores noſtri locum prælii hoſtibus ſolenniter præſcribere: & qvidem

1) Principes, ne cæde ac ſangvine omnia implerentur, anteqvam in deſcriptum deſcenſum eſſet campum. vid. Hervar. Sag. Cap. XIX. pag. 174.

2) Privati vero monomachiam inituri, ut res litigioſæ, a momento oblati duellii, in ſtatu qvo tunc erat, ſalva permaneret, ipſiqve hoſtes tempore intermedio ɔ: ad cauſæ deciſionem armis faciendam, utrinqve ſecuri eſſent. vid. *Arneſonii* Introd. ad Proceſſ. Island. Cap. VII.

Ubi in cædes ruent
Surtus *& placida numina:*
Centum milliaria
Longus qva qva verſum
Qvi illis deſcriptus 23) *eſt campus.*

Stropha 19.
VAFTHRUDNIS.

Sapiens vere es o hoſpes!
Adi ſcamnum Gigantis,
Atqve colloqvamur ſedentes:
Capitis periculum faciamus
Nos in aula,
O hoſpes! divina ſuper ſapientia.

CAPITULUM.

Stropha 20.
GAGNRADUS.

Dic age hoc primum

Si

24) Ut hæc & ſeqventia eo melius intelligantur, ex *Eddæ Snorr.* Mythol. IV & V. coſmogoniam afferre liceat. Illa hæc eſt. *Multa ante tempora, qvam crearetur terra,* † factus eſt Niſlhemus. *In cujus centro fons* Hvergelmer *dictus. Effluvia is habet* Suöl, Guntra, Fimbul, Thul, Slidr, Hríd, Ylgr, Sylgr, Wíd, Leyptr, Giöll, *proximum cancellis inferni flumen. Qvi in plaga meridionali primus erat mundus,* Muspell *vocabatur, lucidus ille calidusqve flagrans & torridus, extraneis & præter domeſticos, omnibus acceſſu intolerabilis. In hujus mundi terminis ſedem habet* Surtus. *vid. Stroph.* 17. *Cæterum amnes qvi* Elivagi appellantur, cum a ſcaturigine tam procul abeſſent, ut veneni, qvod fluebat ſimul, mobilitas obrigeret, indureſceretqve ſcoriæ inſtar ex igne ſcintillantis, in glaciem converſa eſt. Qvæ glacies cum conſiſteret, ſuperfuſa eſt jugiter veneni exhalatio, qvæ in pruinam congelata eſt, & ſic una ad aliam accrevit pruina

† Opponere hic qvis poſſet, præteritum *var görr* factus eſt eandem habere ſignificationem ac εγενετο cujus valor non ubivis idem eſt. Verum ingenue fateor me neſcire verbum *atgöra* cujus participium *görr* factus, aliud ſignificare, qvam facere, creare.

Ef þitt öþi dugir
Oc þú Vafþrudnir vitir
Hvaþan iörd um com
eþer uphimin
fyrſt enn fróþi iötunn.

Stropha 21.

pruina usqve in *Ginnungagap* ſeu ingens illud vacuum. Ginnungagap *Septentrionem ſpectans, pondere & gravitate oppletum eſt glaciei & pruinæ, ſed introrſus aura & nebula. Pars autem ejusdem auſtralis ſcintillis ex* Muspellshemo *advolantibus allevata fuit. Nam ut* Niflhemus *frigus & omnia ferocia ſpirabat, ita qvicqvid* Muspellum *ſpectabat, calidum erat luciduinqve. Erat vero* Ginnungagap *leve ut aer ſine vento. Qvumqve aura caloris ab eo latere tangeret, congelata pruina, dum ſtillare incepit, in guttas reſoluta eſt vividus. Ex qvibus decidentibus per virtutem ejus qvi calorem miſit, homo factus eſt nomine Ymerus*, qvem Hrimtuſſi Aurgelmerem *vocant, ſuam illi originem debentes. Non erat hic* Yme *Deus, qvippe qvi malus & tota ejus progenies. Sic autem refertur, qvod dormiens ſudorem emiſerit ſub ala ſiniſtra unde mas & foemina nati ſunt, & qvod pes alter alteri filium genuerit. Hinc genus* Hrymtuſſorum, *qvorum primus fuit* Yme. *Cæterum ex pruina proxime ſtillanti vacca fiebat, dicta* Audumbla. *Ex ejus ubere qvatuor lactei amnes profluxerunt: his nutritus eſt* Yme. —— *Aſt* Böri *filii* Odinus, Vilius, *&* Ve *occiderunt* Ymerum, *& ferebant eum in medium* Ginnungagapii. Hic crearunt ex illius carne terram; ex ſangvine ſalum atqve flumina; ex oſſibus montes; ex oſſibus fractis & dentibus molaribus, primoribusqve ſaxeta & lapides; ex capillis herbas; ex capite coelum; ex palpebris *habitabilem hominibus orbem: & ex cerebro demum creatæ ſunt nubes.* His qvæ maxime confuſa ſunt & allegorica, contineri Syſtema Cosmogoniæ phyſicum nullus dubito, ita tamen, ut res haud paucæ eidem commixtæ ſint, qvæ ad tempora nobis propiora pertinent & referri debent. Sic *Bergelmeri* fabula ad diluvium ſpectat. Qvæ vero in his genuina erunt, & ab orbe Boreali ante *Odini* ultimi adventum vulgo credita, in ſeqventes articulos reſolvi poſſe credo

1) Nulla materia, nulla res ab æterno fuit
2) Qvoniam vero exiſtere coeperunt, neceſſum eſt ab omni æternitate fuiſſe principium aliqvod ens ſc. perfectiſſimum, qvod cauſa rerum, creatorqve omnium eſſet, easqve ab æterno præcederet: illud ſc. qvod *calorem miſit*, & de cujus ortu altum eſt ſilentium.
3) ſc. ens hoc ſapientiſſimum creavit omnium primum *Niflhem* ɔ: nebulæ mundum, locum. qvæ adeoqve prima eſt omnium materia.
4) Hac producta diviſit in regiones vaſtiſſimum, qvod tunc erat vacuum, a lateribus ſpatii abyſſus intermedii, qvod *Ginnungagap* vocabatur, ubi aer tenuiſſimus erat, hic calorem, illuc frigus conſtituens.
5) Aqvoſam deinde materiam ex *Elivagis*, qvos centrum fuiſſe puto fluminum ex *Niflhemo* effluentium, per leges motus agitatam promanare fecit in ſpatium vacui extenſi calorem inter atqve frigus intermedium.
6) Ex hac materia, pruinam ob frigus referente, hic calore fotam, maſſam compoſuit eiqve animam indidit, qvæ rebus deinde omnibus ineſſe credebatur. (vid. illuſtriſſ. Dni I. Erici Obſervat. pag. 34.) Hæc materia vocabatur *Yme*, cui humanam tribuerunt majores noſtri formam, ideo

Si tibi ingenium ſufficit
Et tu Vafthrudnis *noris*
Unde terra venit
Superneve coelum
Primo, O tu ſapiens Gigas!

ideo forſan, ut conſtaret ſe putare hominem μικροκοσμον ex iisdem ac mundum hunc, materia eſſe.

7) Ex eadem mundum locatum in media vacui ſede, hominem, & omnia creavit ſummum numen (Myth. II.), electis ad unumqvodqve ex illius particulis, qvod cujusqve fini obtinendo maxime conveniret.

Animadverterunt poſteri in creatione tres virium Divinarum ſpecies præ cæteris illuxiſſe: qvarum naturam conſiderantibus, nihil erat difficilius, qvam a conſvetudine oculorum, aciem mentis abducere, ea difficultas induxit & vulgo imperitos, & ſimiles philoſophos imperitorum, ut, niſi figuris hominum conſtitutis, nihil poſſent (cum Cicerone loqvor) de diis immortalibus cogitare. Et is modus eſt, qvo creationem *Bōri* filiis *Odino*, *Vilio* atqve *Veo* Edda tribuit Mythol. VI. Hoc vero ita factum eſt: erant olim illi viri heroës & late dominantes Reges, qvi qvoniam, & anima divina in iis habitare credebatur; & ſubditos beneficiis obſtrinxerunt ſibi, habiti ſunt Dii, ſed primum minores. Poſt unum vero alterumqve ſeculum, cum

Omnia poſt obitum fingat majora vetuſtas,

verum fabulis mixtum eſt. Hinc Odino, qvæ minime ſunt ejus, atqve in iis attributa ſoli *allfödr* ɔ: vero Deo competentia a credula nimis & neſcia veri poſteritate ſæpius tribuuntur. Qvis igitur mirabitur, ſi illum, modo *Allfödr* Patrem hominumqve Deumqve, *aldafödr* æternum Patrem, creatoremqve omnium Deum dici; modo ex materia ortum eſſe & a lupo devorandum legat. Idem fere obſervavit b. Moshemius, de magno iſto *Jove*, qvi *Homero Heſiodoqve* ſæpius vocatur

— Πατὴρ ανδρων τε Θεων τε.

& — μεγιςος Θεων αειγενεταων.

Qvicqvid ſit, ex omnibus facile evincitur cl. *Bruckerum* Hiſt. Philoſ. Tom. I. pag. 334 & 335 minus recte ſtatuere majores noſtros credidiſſe "*Ymerum ante ſecula vixiſſe, & nihil cum eo niſi ingens ſpatium, imo*" *Deo ante ſecula condita exiſtenti adjunxiſſe chaos* Ginnungagap *vulgo dictum.* Qvæ doctrina e medio oppoſita eſt Edd. §. 3. in Cod. Reg. antiqviſſimo: ubi 1) Ar var hallda þá er ecki var ɔ: *Mane erat ſeculorum, cum nihil adhuc eſſet.* 2) Allfader ſmiþadi himin oc iörþ oc loptin oc alla eign þeirra ɔ: Παντοπατηρ *creavit coelum, terram, ætera, & omnia, qvæ in iis ſunt.* Et Voluspa recentior idem tradit hiſce verbis

Ar var alda ɔ: *Mane erat ſeculorum*
Þa er *Ymer* bygdi *cum Ymerus habitare coepit.*

Scilicet toto differt coelo *Mane ſeculorum* ɔ: incipienti temporum dimenſione, qva *Ymerus* habitare ɔ: exiſtere coepit: & *Ante ſecula*, a qva dictione, de *Ymero* agens citatum carmen ſedulo

Stropha 21.

VAFÞRUDNIR.

Or *Ymis* holdi
t) Var iörd umſkaupuþ
en or beinom biórg
Himin or hauſi
ins hrímkallþa iötunns
Enn or ſveita ſiór.

Stropha 22.

GAGNRADUS.

Seg þú þat annat,
ef þitt öþi dugir,
Oc þú *Vafþrudnir* vitir!
Hvaþan 25) *máni* com
*) Sva at ferr menn yfer,
eþer **) *ſol* iþ ſama.

Strohpa 23.

VAFÞRUDNIR.

v) *Mundilföri* 26) heitir

hann

t) Varþ *Cod. Er.* *) Sá er ferr C. S. **) Sunn id.
v) Mundilföri *Cod. Er.* Mundilfari. C. S.

---

dulo ſibi cavet. Nec melius *ſyſtema emanativum* illis tribuit Tom. V. p. 174. Qvod poſt *Odini* tertii (qvi ut nefandus ille *Piſiſtratus* ſanctiſſimis religionis myſteriis plebi piæ fucum fecit) demum tempora, nec tamen ab omnibus, receptum fuit. Sed hæc viro maximo lingvæ noſtræ ignaro condonanda erunt. Cæterum ſi lubeat conferatur Diſſertatio *de Creatione mundi ad Doctrinam Hyperboreorum* ſub præſidio Dni Sven. L. Bring defenſam a Nicol. Dahlman Londini Goth. 1752.

25) Hic ut qvid ſingulare obſervandum, *mána* ɔ: lunam in Lingva veteri & hodierna Danica Norvegicaqve maſculini generis eſſe, ſolem vero ſexui adnumerari ſeqviori.

26) *Mundilförr*, *Mundilföri* ſ. *Mundilfari* ɔ: Mundum circumagi faciens, a Maundill & *fari* qvod a *fara* facere ut qvid cadat, moveatur &c. vid. Edd. Mythol. IX. Per hunc Axem intelligi pu-

te,

Stropha 21.

VAFTHRUDNIS.

Ex Ymis *carne*
Creata fuit terra,
Sed ex Oſſibus ſaxa,
Coelum ex capite
Pruina frigidi Gigantis,
Atqve ex ſangvine ſalum.

Stropha 22.

GAGNRADUS.

Dic age hoc alterum
Si tuum ingenium valeat
Et tu Vafthrudnis! *ſcias*
Unde 25) *luna venit*
Qvæ homines obit
Et Sol? eodem modo.

Stropha 23.

VAFTHRUDNIS.

Mundilförus *vocatur*

to, circa qvam coelum volvi credebant ſeu ſidera, terra manente fixa, innuunt hoc verba *Himin hverſa* nam ut olim *Hyginus* in Poëtic. Aſtron. pag. 561. Edit. *Stavarianæ.* credidit, *Neceſſe ſolem moveri non ſtare*, ita qvoqve noſtri (confr. *Speculum Regale* pag. .) omnia ſidera per ſe volvi dixerunt. Nec aliter Græci. apud Aratum.

Οι μεν ομως πολεες τε και αλλαδις αλλοι εοντες,
Ουρανω ελκονθα παντ᾽ ηματα συνεχες αιει.
Αυταρ ὅγ᾽ ȣδ᾽ ολιγον μετανισσεται αλλα μαλ᾽ αυτως
Αξον αιεν αρηρεν. εχει δ᾽ αδαλαντον απανη
Μεσσηγυς γαιαν. Imo *Möndull* in Grottuſaung vertiginem notat, qvæ alias *Sueif* audit.

hann er *Mána* faþir
oc ſva *Sólar* iþ ſama.
Himin hverfa
þau ſkolo hveriann dag
Auldom at ártali.

Stropha 24.

GAGNRADUS.

Seg þú þat iþ þridia
Alz þic ſvinnan qveþa
Oc þú *Vafþrudnir* vitir:
Hvaþan *dagr* um kom
ſá er ferr drótt yfir
eþer *Nott* meþ niþom.

Stropha 25.

VAFÞRUDNIR.

Dellingr heitir
hann er *Dags* faþir
Enn *Nótt* var Naurvi borin
Ný oc niþ
ſkopo nyt regin
Auldom at ártali.

Stropha 26.

GAGNRADUS.

Seg þú þat iþ fiórþa

x) Als

27) De his ita *Edd.* Mythol. VIII. *Niörfvi*, *Naurvi* Jötun erat Jotunhemiæ incola, hic filiam habuit, qvæ *Nott* ɔ: Nox vocabatur, nigram & fuſcam inſtar generis ſui. Illa viro nupſit nomine *Naglfari*, cum qvo filium habuit *Audr.* Deinde matrimonio juncta erat *Anaro* (illorum

filia

Pater Lunæ
Atqve ſolis *eodem modo;*
Coelum circumibunt
Illi, die qvovis,
Hominibus in anni computum.

Stropha 24.

GAGNRADUS.

Dic age tertium
Siqvidem prudens vocaris;
Et tu Vafthrudnis *noris.*
Unde venit Dies,
Qvi homines obit,
Et Nox *cum tenebris?*

Stropha 25.

VAFTHRUDNIS.

Dellingus *illi nomen eſt* 27)
Qvi Diei *eſt pater;*
Sed Nox *eſt* Niörvo *nata*
Novilunium, Lunæqve diminutionem 28)
Crearunt benefica numina
Hominibus in anni computum.

Stropha 26.

GAGNRADUS.

Dic age hoc qvartum,

Si-

filia *Jörd* ɔ: terra,) . Poſtremo elocata fuit Aſarum cuidam *Dellingo*. Horum filius eſt *Dagus* ɔ: dies, lucidus & clarus paternoqve generi ſimilis. *Nottam* & filium ejus *Dagum*, παντοπατηρ ad ſe recepit, deditqve ſingulis ſingulos eqvos curruſqve, atqve ita eos in coelum miſit, ut

x) Als þic fróþan qveþa
oc þú Vafþrúdnir vitir
Hvaþan vetr um com
eþer varmt ſumar
fyrſt *y*) med fród regin.

Stropha 27.

VAFÞRÚDNIR.

29) *Vindſvalr* heiter
hann er Vetrar faþer
Enn *z*) *Svaſudr* ſumars
a) Ar of bæþi þau
ſcolo ey fara
unnz riúfaz regin.

Stropha 28.

GAGNRADUS.

Seg þú þat it fimta.
Als þic fródan qveþa.
Hverr *Aſa* ellztr er
eþer *Ymis* niþia
Yrþi í árdaga.

Stropha 29.

VAFÞRUDNIR.

Orofi vetra
áþer

x) hunc verſum tribus tantum literis per a. þ. f. notat Cod. Reg. ſeqventem conſtanter omittit, ſed chartacei jugiter repetunt. y) und fríd. um *Chartæ*.
z) Svaſaþr. E. R. Svöſuþr. a) hos tres verſus omitt. C. R. add. Cartæ.

ut ſingulis nychthemeris totum orbem circum eqvitarent. *Notta* præcedens eqvo fertur. vid. ſupra Str. 12. 14.

Siqvidem ſapiens vocaris,
Et Tu Vafthrudnis noris;
Unde venit hiems
Calidaqve æſtas
Primum, ſapientia inter numina?

Stropha 27.
VAFTHRUDNIS.

Vindſualus *vocatur,*
Qvi hiemis eſt pater.
Svaſudus *vero æſtatis.*
  Per ſecula (annos) ambo
  Semper ibunt,
  Usqve dum ſolventur numina.

Stropha 28.
GAGNRADUS.

Dic age hoc qvintum,
Siqvidem ſapiens vocaris:
Qvis Aſorum primus ſit,
Aut, qvis Ymeri *poſterorum*
Primus fieret initio dierum?

Stropha 29.
VAFTHRUDNIS.

Immenſitate hiemum ɔ: *plurimis, multis ſeculis,*

Ante

28) Eodem modo teſtatur Cicero Qv. Tuſc. L. I. c. 28 *lunam accretione & diminutione luminis qvaſi faſtorum narrantem & ſignificantem dies ferri.*

29) *Vindſvalr* vento refrigeratus a *Vindr* ventus & *ſvalr* frigefactus. videtur intelligi frigus. *Svaſudr* Ex verbis Eddæ, qvid ſit, optime patet. vid. Index infra.

áþer veri iörd ſcöpuþ.
þá var *b*) *Bergelmer* 31) borinn.
c) *Þrúdgelmer* var þeſs faþer
Enn *d*) *Aurgelmer* afi.

Stropha 30.

GAGNRADUS.

Seg þú þat it ſiautta.
Als þic ſvinnann qveþa.
Hvaþer *Aurgelmer* com
med *Jötna* ſonom
fyrſt. inn fróþi iötunn.

Stropha 31.

VAFÞRUDNIR.

Or Elivagom 32)
ſprutto eitr dropar
Sva óx unnz varþ or iötunn
e) Enn ſiom ſleygþi
Or ſuþheimi
Hyrr gaf hrimi fiör.

Stropha 22.

b) Bergemlir. Cod. Er. c) Þrúdgemlir. id.
d) Aurgemlir. id. e) tres ſeqvent. verſus add. Cod. Er.

30) Hoc de renaſcenti poſt diluvium terra intelligendum eſt. Etenim ſi ad primævum mundi creationem referri velis, nullum invenio locum, qvi populoſæ Jötnorum genti habitabilis eſſet. Crediderim itaqve cum prima mundi formatione confundi diu ſubſecutam terræ ex undis diluvii Noachici emerſionem.

31) Bergelmer ſ. *Bergemler* monticolam ſenem notat, a *Berg* mons, & *gemler* ſenex. *Noachum* fuiſſe vult cl. *J. E. Biörner* in Antiqvit. Hyperbor. Gothicis p. 63. Qvemadmodum *Thrudgelmerem* ɔ: virum fortem, *Lamechum* & *Aurgelmerem* ɔ: Grandævum, *Adam* fuiſſe ſtatuit ibid. Cui maxime officit graduum diſtantia *Adamum* inter atqve *Noachum*, qvæ huic Genealogiæ minime convenit. At vero majores noſtri minutiis non immorandum eſſe cenſuerunt.

Ante creatam terram 30)
Natus fuit Bergelmerus, 31)
Thrudgelmerus *illius erat pater,*
Sed Aurgelmerus *avus.*

Stropha 30.
GAGNRADUS.

Dic age hoc ſextum,
Siqvidem prudens vocaris;
Unde venit Aurgelmerus 33)
Inter Jötnorum *filios*
Primum, ſapiens ille Gigas?

Stropha 31.
VAFTHRUDNIS.

Ex Elivagis 32)
Proſiliuere veneni guttæ;
Qvæ ſuccreſcebant, donec fieret inde Gigas.
Scintillis projectis
Ex auſtrali plaga,
Dedit calor pruinæ vitam.

32) Vid. qvæ ſupra ad ſtroph. XX. n. 24. pag. 17.

33) In his & ſeqventibus confuſam proponit Vafthrudnis hominis protoplaſti creationem. Siqvidem in Edda Snorr. pro *Aurgelmero* alias *Ymero* ſumi neceſſum erit
1) materiam rebus creandis aptam, ex qva mundus factus eſt.
2) Hominum Adam Principem ex eadem maſſa factum.
3) Mundum antediluvianum, cujus ſangvine cruore ɔ: aqvis ſubmerſa eſt gens Jotnörum.
Qvæ a ſe invicem probe diſtingvenda ſunt, ſi Bergelmeri Fabula ſenſum aliqvam habere debeat. vid. Illuſtriſſ. Dni *F. F. Suhm*, Om Odin.

Stropha 32.

GAGNRADR.

Seg þú þat it ſiaunda.
Als þic ſvinnan qveþa.
Hve ſá börn gat
Enn aldni iötunn
Er hann hafdit gygiar gaman.

Stropha 33.

VAFÞRUDNIR.

Under hendi vaxa
Qváþo Hrímþurſi 34)
Mey oc maug ſaman.
Fótr víþ fóti gat 35)
Ins fróþa iötuns
Ser haufþaþann ſon.

Stropha 34.

GAGNRADR.

Seg þú þat it átta
Als þic fróþan qveþa.
Hvat þú fyrſt mant.
eþ fremſt um veitzſt
þú ert alſviþer iötunn.

Stropha 35.

VAFÞRUDNIR.

Oróſi vetra

aþer

34) Vid. qvæ allata ſunt ſupra ad Stroph. XX. n. 24.

35) *Fótr viþ fóti gat,* pro pede, hic ſingulos Ymeri ſ. hominum ex Imero creatorum poſteros me-
tapho-

Stropha 32.

GAGNRADUS.

Dic age hoc ſeptimum,
Siqvidem prudens adpellaris!
Qvo modo liberos procreavit
Annoſus ille Gigas,
Qvi cum foemina Gigantea conſvetudinem non habuit?

Stropha 33.

VAFTHRUDNIS.

Sub ala creviſſe
Ferunt Gigantis
Virginem & filium (ɔ: *marem & foeminam*) *junctim:*
Pes ex pede genuit (*ſuſcepit*)
Sapientis iſtius Gigantis
Conſimilem ſibi filium.

Stropha 34.

GAGNRADUS.

Dic age hoc octavum,
Siqvidem ſapiens vocaris:
Qvid tu primum memineris
Aut primum fuiſſe noveris?
Tu es omniſcius Gigas!

Stropha 35.

VAFTHRUDNIS.

Plurimis ſeculis

 An-

taphorice dici puto; ita ut ſenſus eſſe debeat. *Ymeri.* per hos homines deſcendentium alter poſt alterum filios ſuſceperunt ſibi ſimiles. Qvem loqvendi modum is mirabitur ſolus, qvi neſcit

aþer væri iörd umſcöpud
þá var *Bergelmer* borinn,
þat ec fyrſt umman,
Er ſá fróþi iötunn
var á *f*) lúþr um lagiþr. 36)

Stropha 36.

GAGNRÁDR.

Seg þú þat iþ níunda
Als þic ſvinnan qveþa.
Hvaþan vindr um kömr
*) Sva at förr vag yfir
**) Æ menn hann ſialfann umſiá.

Stropha 37.

VAFÞRUDNIR.

***) *Hræſvelgr* 37) heitir
Er ſitr á himins enda
Jötunn í arnar ham

Af

f) ſkip. Charta. qvod utiqve rectius. *) Sea at ferr menn yfir. L.
) Er menn ſialdan ſialfann ſiá. Ch. *) Hröſuelgr. C. S.

---

neſcit ſingulas certo ordine ad aliqvem collato perſonas latinis eodem modo *gradum* communiter dici.

36) Hujus ita mentionem facit Edd. Mythol. VI. Filii *Böri Ymerum* gigantem occiderunt — tantus autem cruor ex vulneribus cadentis effuſus eſt, ut hoc diluvio, univerſum Hrimthuſſorum genus ſubmergeretur, præter unum, qvem Bergelmerum vocant Gigantes; Ille cum uxore & familia cymbam (minime vero molam, ut vitioſe legit Edit. Reſen.) Aſcendens vitam conſervavit; id enim ſibi volunt verba, "Tubæ impoſitus fuit. Hæc tamen de diluvio communiter intellecta, aliter explicat illuſtr. *Schöningius* i Norske Folkets Oprind. pag. 105. Scilicet Odinum putat per Gigantes late ſtragem dediſſe, & Bergelmerem coëgiſſe, qvi remotas glaciales maris oras ſ. refugium qværeret.

37) *Hræſvelgr* a *Hræ* cadaver & *ſvelgr* helluo, cadaverum igitur ſ. rerum noxiarum helluonem dixeris, nec id inepte cum Ventus aerem flatu reddat ſalubrem, nociva auferat. *Senecam* audiamus Lib. IV. Nat. Qvæſt. Cap. 18. "*Inter cætera*, inqvit, *providentiæ opera, hoc qvoqve aliqvis*

Anteqvam crearetur terra,
Bergelmerus *naſcebatur.*
Hoc primum recordor,
Qvod ſapiens iſte gigas
Fuerit impoſitus tubæ. 36)

Stropha 36.
GAGNRADUS.

Dic age hoc nonum,
Siqvidem prudens vocaris;
Unde venit ventus,
Qvi transſpirat *) *mare,*
Hominibus **) *ſemper inviſibilis?*

Stropha 37.
VAFTHRUDNIS.

Hræſvelgus 37) *vocatur,*
Qvi ſedet in extremitate coeli 38)
Gigas exuvias amictus aqvilæ: 39)

Ex

*) homines. **) raro viſibilis. ***) Hröſuelgus.

qvis ut dignum admiratione ſuſpexerit. Non enim ex una cauſa ventos aut invenit aut per diverſa diſpoſuit. Sed primum ut aëra non finerent pigreſcere, ſed aſſidua vexatione utilem redderent, vitalemqve terris. Hoc beneficio ductus *Auguſtus*, vento Circio, cui Vett. Galli coeli ſui ſalubritatem debebant, ædificia cæterum qvaſſanti, templum, dum in Gallia moraretur, & uouit & fecit. Satis qvoqve tritum eſt próverbium: *loca venenoſa, niſi ventoſa.*

38) In extremitate coeli ſc. ad polum arcticum, ſiqvidem antarcticum accolit *Surtus* vid. Stroph. XX. n. 22

39) Qvis hic latinorum Aqvilonem non cognoſcit, *ventum* (Feſti verba ſunt) *a vehementiſſimo volatu ad inſtar aqvilæ*, qva nulla avis volat vehementior juxta Cicer. De Divinat. L. II. appellatum. Qvæ tamen volatus vehementia minime ſumenda eſt de celeritate, ut placuit Gerh. Joh. Voſſio de Theol. Gent. Lib. 3. Cap. LXXVI, nam admodum tarde volat aqvila, reſpectu trochili, hirundinum, columbarum, accipitrum, & id genus avium, qvod ſæpius teſtis oculatus obſervavi; Verum illa diutius, absqve ulla intermiſſione per terrarum ac marium tractus volans, omnes alites vincit, qvippe qvæ longiſſimo tempore volare ſufficit. Forſan & hæ exuviæ

regium

Af hans vængium
*) Qveþa vind koma
alla menn yfir.

Stropha 38.

GAGNRÁDR.

Seg þú þat it tíunda
Als þu tíva rauk
aull *Vafþrúdnir* vitir
Hvaþan *Niördr* umkom
meþ *Aſa* ſonom.
Hofom oc Haurgom
**) hann rödr hvern morgon
***) oc varþat hann *Aſom* alinn.

Stropha 39.

VAFÞRUDNIR.

Í *Vanaheimi*

ſcopo

*) qved ec. Ch. **) hunn mörgom. C. Er. ***) varat. Ch. oc var þadan. C. S.

regium inſigne ſunt; imo in Scripturis ipſis, Aqvila ſymbolum eſt Regis, apud Ezechiel. Cap. XVII. v. 3. 7. ſiqvidem de *Nabuchodonoſore Chaldæorum*, & *Pharaone Ægyptiorum* Regibus loqvitur Propheta. Nobis deniqve, ut *Aqvila* Rex habetur avium haud ſecus ac *Pindaro* in Olymp. Οιωνων βασιλεὺς, ita *Aqvilo* ventorum moderator eſt, imo eidem in Pyth. Od. 4.

— — — καὶ γὰρ ἑκὼν

Θυμῷ γελανει θᾶσσον εντυεν Βασιλεὺς ανεμων

Σηταν καλαϊν τε πατὴρ Βορεας.

Vocatur autem Gigas cum ob robur & præſtantiam, tum ob receptum veteribus modum cauſas rerum phyſicas, ad hominum formam referendi.

40) *Niördus* natione Gigas, parvæ apud ſuos dignitatis, ut videre eſt, ex *Ægisdrecka* ſ. *Lokaſenna* ubi Lokius his eum affatur

Þegi þú Niörþr	*Taceto Niorde!*
þú vart auſtr hedan	*Tu enim in Orientem, hinc ſcilicet*
Giſl umſendr at goþom	*Obſes ad Deos mittebaris*

Hymis

Ex ejus alis
*) *Ferunt venire ventum,*
Omnes ſuper homines.

Stropha 38.
GAGNRADUS.

Dic age hoc decimum;
Siqvidem Deorum origines
Omnes Vafthrudnis *noris.*
Unde venit Niördus 40)
Inter Aſorum *filios?*
Qvippe qvi templa & Deorum ſimulacra
Regit **) *mane qvolibet,*
Nec tamen Aſis *procreatus.*

Stropha 39.
VAFTHRUDNIS.

In Vanorum *mundo* 41)

Crea-

*) dico. **) ſane multa.

Hymis meyar	*Virgines Giganteæ*
haufþo þic at hlandtrogi	*Te pro matula utebantur*
oc þer i munn migo	*Et tuum in os mingebunt.*

Ut vero ejus populares continuis belli infortuniis ad incitas redacti erant, pacem ab *Aſis* hoſtibus petierunt, retulere, *Niördumqve* dabant obſidem. Hic beatus vixit; ſiqvidem ab *Aſis* cultui Deorum externo præfectus eſt. Auxit muneris gravitatem regimen in Svecos, illi poſt Odini mortem lubenter oblatum. Eſſe apud Deos otioſum (ȣδε γαρ ο Ζευς χολην αγει) minime decet eum, qvi in vivis

— — *tot & tanta negotia ſolus*

ſuſtinuit; hinc mortuus, ut ſe non gratis eſſe Deum oſtenderet factis, ventos regere, opes & commercia moderari, annonam diſtribuere coepit, unde a nautis, mercatoribus, ruricolis, pro divitiis ab omnibus invocabatur. vid. Edd. Mythol. XXI. conf. Illuſtriſſ. Suhm om Odin p. 191 ſeqq.

41) *Vanaheimr Vanorum* mundus, Regiones vocabantur *Tanaim* inter *Wolgam.* vid. Snorr. Sturlæſonii Heimskr. pag. 1. confr. ill. G. Schöningii *Norſke Folkes Oprind.* pag. 84 ſeqq.

ſcopo hann vís Regin
oc ſeldu at gislingo goþom:
í aldar rauc
hann mun aptrcoma
heim meþ víſom *Vaunom.*

Stropha 40.

GAGNRÁDR.

Seg þú þat it ellefta
g) Allz þú tíva rauc
Aull *Vafþrúdnir* vitir.
Hvat einheriar vinna
Heriafauþrs at
unz riúfaz regin.

Stropha 41.

VAFÞRUDNIR.

h) Allir einheriar
*) Oþins túnom í
Hauggvaz hveriann dag.
Val þeir kióſa

oc

g) Pro ſeqventibus qvinqve verſibus, qvos Cod. *Ericio* debemus, Codex Regius habet tantum binos ſenſu fere carentes"

Hvar *) ytar túnom í
hauggvaz hveriann dag.

h) Hæc ſtropha etiam eſt Cod. *Er.* pro qva Regius;

Val þeir kióſa
oc ríþa vígi frá
ſitia meirr umſáttir ſaman.

*) yrar. Ch.

42) O*þinstún* area eſt ad Walhallam, ubi Monoheroes armis ludunt. vid. Edd. Mythol. XXXV. *Recreatio Monoheroum qvotidiana eſt, qvum poculis non indulgent, veſtiti omnes armantur, in areain*

Crearunt illum ſapientia numina
Dederuntqve Obſidem Diis:
Tempore noviſſimo
Ille redibit
Domum, ad ſapientes Vanos.

Stropha 40.

GAGNRADUS.

Dic age hoc undecimum;
g) *Siqvidem Deorum origines*
Univerſas Vafthrúdnis *cognitas habes:*
Qvid Monoheroes operentur
Exercituum apud Patrem,
Usqve dum ſolventur numina?

Stropha 41.

VAFTHRUDNIS.

h) *Omnes Monoheroes*
Odini *in areis* 42)
Ictus partiuntur ictibus qvotidie,
Cædendos eligunt,

g) Cod. Reg.
Ubinam terrarum viri
Qvotidie manus conferant.

h) Cædendos eligunt,
Et a prælio domum eqvitant
Concordes conſeſſuri.

aream deſcendunt, congrediuntur, & mutuis ſternuntur cædibus. Hic illorum ludus. Inſtante vero prandii tempore, omnes incolumes in aulam eqvitant, & ad potandum confident.

oc ríþa vígi frá
*) Aul med Áſom drecka
oc ſeþiaz Sæhrimni.
ſita meirr um ſáttir ſaman.

Stropha 42.
GAGNRÁDR.

Seg þú þat ip tólfta
**) Hví þú tíva rauc
Aull *Vafþrúdnir* vitir
Frá Jötna rúnom 45)

oc

*) hunc & ſeqventem verſum Chartæ inſerunt. **) því. L.

43) *Aul* Cereviſiam fortes in armis viros bibere tradens hæcce ſtropha, Eddæ Snorr. Mythol. XXXIV repugnare videtur, ubi *mulſo* ſitim reſtingvere perhibentur. Sed contradictionem adeſſe tantummodo apparentem evincit *Alvis* in *Alvismálum* interrogatus, qvo nomine inſigniretur liqvor ille dulcis; reſpondit; Öl vocatur ab hominibus, *Hreinalaug* inter *Jötnos*, ſed ab Aſis *Beor* in Helia *Miödr*, appellant *Veig* Vani, *Suml* vero *Suttungi* filii.

44) *Sæhrimnir* aper erat, cujus carne veſcebantur Monoheroës: unde patet cereviſiam & lardum ſecundum Eddam effeciſſe

Nectar & ambroſiam, latices epulasqve Deorum

Qvas virtute obtineri ſola crediderunt, haud ſecus ac Dux ille *Spartanorum* dicens "*Pergite* Lacedæmonii, *hodie apud Inferos fortaſſe coenabimus.*

45) *Jötna rúnom oc allra goda.* Magnus de Runis inter doctos diſputationum fuit æſtus. Sic ex inſtituto ingens horum numerus de iisdem ſcripſit. Qvorum alii voluerunt, eas ab Odino ceu Auctore in Septentrionem allatas fuiſſe, alii multo recentiores eſſe contenderunt. Largam ſatis utriusqve ſectæ meſſem recenſet *I. Erici Bibliotheca Runica*, & qvæ illi adjecta eſt *Anonymi Epiſtola.* Qvibus addi poſſunt illuſtriſſ. Dnus *P. Frid. Suhm* Om Odin p. ill. Dnus *I. Henr. Schlegel in Samlung zur Däniſchen Geſchichte, Münzkenntniſz &c.* 2 *Band.* 2 *St. pag.* 16. *Uno Troil* de Runarum in Svecia Antiqvitate, & *Johannes Guſtav. Steenberg* de Runarum patria & Origine; uterqve ſub præſidio Dni Johannis Ihre. Hic Runarum poſt Odini tempora inventarum gloriam *Alamannis* adſerit, hoc præſertim fundamento, qvod, Runarum valor & poteſtas unice eorum lingvæ proprius ſit: ſed vereor, ut Auctor, dum majorum ille lingvam in Islandis ſolis reſiduam, hodierno Danorum, Germanorum, Norvegorum, Svecorum &c. idiomate metitur, fallatur & fallat. Unicum ex §. XV. pag. 20. adferam exemplum. D (inqvit) *qvod ut qvoddammodo deſignent Runographi* ᛏ *ſubſtituere ſolent. Non eſt qvod exiſtimes hujus locum commodius occupare potuiſſe* þ *Gothorum; qvod D ſonuiſſe multi putant. Scire enim convenit, ſibilum hujus literæ a ſono τϑ D adeo diverſum illam reddidiſſe, ut nullæ figuræ apud antiqvos minus inter ſe alterneut, qvam* þ *&* D *nec Runographos videas* [illegible] *niſi*.

Et a prælio domum eqvitant;
Cereviſiam 43) *cum Diis potant,*
Veſcuntur Sæhrimnis 44) *lardo*
Et qvam maxime concordes conſident.

Stropha 42.
GAGNRADUS.

Dic age hoc duodecimum
Cur tu Deorum origines
Omnes Vafthrudnis cognoſcas?
De Gigantum literis 45)

 Omnium-

niſi negligentiores alteram pro altera poſuiſſe. Sed pace viri doctiſſ., qvod ſonum attinet, contrarium obtigiſſe Codices membranei Ex. gr. Eddæ Regius. Ll. Isl. *Grágás.* & Vitæ Sanctorum, Legati Magnæani. omnes ſeculo XIV. nitidiſſime picti, & qvod maximi intereſt, ad ungvem accurate ſcripti, ſat ſuperqve evincunt. Siqvidem in his þ pro *d* ſæpiſſime ſubſtituitur; v. c. in *qveþa* dicere, canere; *eþer* vel, ſive; *hafþi* habuit; *Þrottinn* dominus; *Oþinn* Odinus. Verbo: Lingvæ noſtræ genius, qvem Author forſan neſciit, literam þ medio inter *D* & *T* ſono, & utriqve cognatam eſſe docet; qvid qvod *D* omnino carere poteſt, ſive literis Runicis, ſive Latinis ſcribendum ſit. Reliqva lubens taceo ejus fundamenta ſpeciem duntaxat veri præ ſe ferentia, qvod cum Deo & die, ſi Codex Legum Scanicarum Runicus, Legati Magnæani Cimelion olim prodeat, clarius demonſtretur. Cæterum ego, non poſſum non mirari auctorem clariſſ. *Odinum* facere rudem, qvemadmodum orbis noſtri ante eum indigenas, miſeros hominum, ferarum piſciumqve venatores, qveis in alimentis undiqvaqve care colligendis totum tempus terebatur, ita ut ne unum qvidem momentum haberent, artibus feritatem mollientibus addiſcendis tribuendum; adeoqve extreme barbaros. En authoris verba, p. 11. *Arma, tela, gladiosqve, non ita pugillares calamosqve in ſarcinis ſuis attuliſſe Odinum arbitror; et ſi animo proponamus illos, qvorum hoſpitio exceptus fuit, piſcaturæ venatui & non inhoneſtis latrociniis, tempusqve ſuum impendentes, probabile inveniemus, ſi qvos apperuiſſet ipſe, vel duodecim ipſius conſentes, literarios ludos, pauciſſimos futuros, qvi operam ipſis daturi eſſent.* Qvæ vix ſcripſiſſet, ſi evolviſſet Perill. *Schöningii Norſke Folkes Oprindelſe* pag. 301. qvidqvod Edd Snorr. Gylfium Sveciæ Regem, virum ſapientem & multiſcium (*vitr oc fiölkunnigr*) expreſſe laudat. unde luculenter docetur, alium ſuiſſe ante Odini tempora, Hyperboreorum ſtatum, qvam perperam vulgo fingitur. Qvod deniqve Runas attinet, ex ſtropha allata patet, eas Odino antiqviores eſſe; adde hæc ex Skirnisfor, qvei minatur *Gerdæ Skirnir:*

Thurs riſti ec þer	ɔ: *Giganteæ tibi foeminæ ſculpo*
i þriá ſtafi	*Tribus literis*
ergi oc æþi oc óþola	*Inſaniem, furoremqve inqvietatemqve*

ſva

oc allra goþa
Seg þú iþ ſannaſta
Inn alſvinni Jötunn.

Stropha 43.

VAFÞRUDNIR.

Frá Jötna rúnom oc allra goþa
Ec kann ſegia ſatt.
þat hvern *) hefi ec
heim. umkomit.
46) Nió com ec heima
fyr *i*) Niflhel neþan
Hinig deyia or helio halir.

Stropha 44.

GAGNRÁDR.

Fiölþ ec fór.
fiölþ ec freyſtada.
fiölþ ec reynda regin.
Hvat lifir manna
þá er inn **) mæra liþer
47) Fimbulvetr meþ fírom.

Stropha 45.

*) hefk. L. i) *Niflheim.* eſt locus condemnatis poſt mortem deſtinatus.
**) magna. C.

ſva ec þat afreiſt — *Eas ita facilis abrado,*
ſem ec þat afreiſt — *Ac eas ſculpo,*
ef geraz þarfir þes — *Si opus fiat.*

Nomina *Runeherret* territorii Skaniæ, & *Runetoft* oppidi Cimbriæ Auſtralis antiqviſſima eſſe, qvis non videt. vid. Suhms critiſke Hiſt. om Dannem. Tom. 3. pag. 7 & 10.

46) *Novem mundos*) convenit hoc cum Edd. *Snorronis*, ubi recenſente Odino, "Vondir menn fara til *heliar.* oc þadan í *Niflhel.* þat es nidr í enn NIUNDA heim." ɔ: *Mali in* Helam *deſcendunt ac inde in* Niflhelam *in mundum ſcilicet* NONUM. Et qvemadmodum juxta *Virgilii* Ænæid. Libr. VI. v. 439. Inferis

Fata

Omniumqve Deorum,
Dic qvod eſt veriſſimum,
O omniſcie Gigas!

Stropha 43.
VAFTHRUDNIS.

De Gigantum literis & omnium Deorum,
Verum dicere poſſum;
Qvemlibet enim obivi mundum:
46) *Novem ego luſtravi mundos*
Ante (ↄ: *ſupra*) Niflhel (*qvod eſt*) *infra,*
Huc moriuntur ex Hela *viri.*

Stropha 44.
GAGNRADUS.

Plurima obivi,
Plurima expertus fui,
Plurima tentavi numina.
Qvi vivent hominum,
Cum illa major tranſierit
Famoſa hiems inter homines.

Stropha 45.

Fata obſtant, triſtiqve palus inamabilis unda
Alligat & *Novies* ſtyx interfuſa coërcet.

Ita Superi *Ariſtotele* affirmante *novem* coelorum *Sphæris* gaudent. Imo vulgus, etiam hodie *novem* fingit *coelos* ſibi. De Sanctitate & uſu numeri *novenarii* omnes fere apud Gentes videantur. *I. B. Schereri* Nordiſche Nebenſtunden. Tit. Chaſowo. 1 Th. p. 44. ad pag. 57. & *Joh. Lohmeyer* de Luſtrationibus. p. 443 & 444.

47) *Fimbulvetr.* hiems famoſa, triſtis, horrens, de qva ſic Edda. Gravia ſunt & multa, qvæ de Crepuſculo Deorum referri poſſunt. Erit hoc initium. Veniet hiems vocata vulgo *Fimbulvetr*, nivibus ex qvavis mundi plaga pluentibus horrens. Erit tunc frigus maximum, & rapida tempeſtas, ſplendor vero ſolis nullus. Tales hiemes tres comitabuntur junctim nulla æſtate interjecta.

Stropha 45.

VAFÞRUDNIR.

Líf oc *) Lífþraſir.
Enn þau leynaz munu
í **) holti hoddmimis.
Morgun dauggvar
þau ſer at mat hafa.
þadanaf aldir ***) alaz.

Stropha 46.

*) Leifdraſer. Ch. **) holdi. Ch. ***) aldr.

---

jecta. Poſt has aliæ tres ſubſeqventur. Erint tunc per totum orbem bella cædibus gravia. Fratres avaritia ſe invicem occident. Pater & filius alter, qvam alteri debet, pietatem exuent, cognatiqve ſangvinis jura dediſcent. Teſtis Voluſpá

Brædor mono beriaz,	*Pugnabunt fratres*
oc at bönom verda	*Alter alterius mors,*
muno ſyſtrungar	*Cognati etiam*
ſifiom ſpilla.	*Cognationis violabunt jura.*
Hart er med hauldom.	*(Gravia accident hominibus)*
hordomr mikill,	*Adulteria crebra,*
ſkeggöld. ſkálmöld.	*Oevum (tranſiet) barbarum, frameearum*
ſkildir kloſnir.	*(Qvo) clipei ſinduntur*
Vindöld. Wargöld.	*Ventorum, ferarumqve ævum*
Adr veröld ſteipiz,	*Antequam mundus corruit,*

Qvæ qvam exacte conveniant cum his Ovidianis, nemo non videt, ſc.

Jupiter antiqvi contraxit tempora veris,
Perqve hiemes, æſtusqve & inæqvales autumnos,
Et breve ver ſpatiis, exegit qvatuor annum:
Tum primum ſiccis aer fervoribus uſtus
Canduit: & ventis glacies adſtricta pependit
Tertia poſt illas ſucceſſit aënea proles
Sævior ingeniis, & ad horrida promtior arma,
Nec ſcelerata tamen de duro eſt ultima ferro,
Protinus erumpunt venæ pejoris in ævum
Omne nefas, fugere pudor, verumqve fidesqve,
In qvorum ſubiere locum, fraudesqve doliqve
Inſidiæqve & vis, & amor ſceleratus habendi
Jamqve nocens ferrum, ferroqve nocentius aurum
Prodierat, prodit bellum, qvod pugnat utroqve

Sangvi-

Stropha 45.

VAFTHRUDNIS.

Vita, & calor vitalis: 48)
Sed illa latebunt
In colliculo Hoddmimis;
Rore matutino
Illi veſcentur:
Exqve iis naſcentur homines.

Stropha 46.

Sangvineaqve manu crepitantia concutit arma.
Vivitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpide tutus,
Non ſocer a genero, fratrum qvoqve gratia rara.
Imminet exitio Vir conjugis, illa mariti
Lurida terribiles miſcent aconita novercæ
Filius ante diem patrios inqvirit in annos
Victa jacet pietas, & virgo cæde madentes
Ultima coeleſtum terras Aſtræa reliqvit.

48) Senſum hujus ſtrophæ hunc eſſe crediderim. Vita, & qvi eam producit vitalis calor, latebunt in corpore terræ renaſcentis. Hi rore mediante matutino ceu ſucco maxime temperato homines producent. Qvæ gentilium, Schytarum, Ægyptiorum dogma ſapiunt, qvi, ut etiam hodie Sinenſes, homines initio cum cæteris animalibus e terra ſtirpium adinſtar, ignis beneficio omnia producentis, ortos crediderunt. vid. *Juſtin.* Lib. II. c. 1. Eo ſpectat Athenienſium gloriatio, ſe eſſe αυτοχθονας, γηγενεις, ſive eodem, qvod incolerent, innatos ſolo. l. c. cap. 6. Cicero pro L. Flacco c. 26. Nec aliter Virgil. Georg. II.

Cum primum lucem pecudes hauſere virumqve
Ferrea progenies *duris caput extulit arvis*

Modum deſcribit puriſſimæ dictionis vates ille Sulmonenſis Metam. 1. hiſce verſibus

Cætera diverſis tellus animalia formis
Sponte ſua peperit poſtqvam vetus humor ab igne
Percaluit ſolis; coenumqve udæqve paludes
Intumuere æſtu, fœcundaqve ſemina rerum
Vivaci nutrita ſolo ceu matris in alvo
Creverunt, faciemqve aliqvam coepere morando.
Qvippe ubi temperiem ſumſere humorqve calorqve
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumqve ſit ignis aqvæ pugnax: vapor humidus omnes
Res creat, & diſcors concordia foetibus apta.

Hæc inqvam doctrina Schytarum phyſiologiæ convenit apud Juſtinum l. c. in brevius contractæ.

Stropha 46.

GAGNRÁDR.

Fiöld ec fór.
fiöld ec freiſtada.
Hvaþan cömr *ſól*
á inn *) ſletta himinn
þá er þeſsa hefir fenrir farit.

Stropha 47.

VAFÞRÚDNIR.

Eina dóttr
ber alfraudull
ádr hana 49) fenrir fari:
ſú ſcal **) rída
50) þá er regin deyia
modor brautir mær.

Stropha 48.

GAGNRÁDR.

Fiölþ ec fór.
Hverar ero þær meyar
er líþa mar yfir
***) froþgeþiaþar fara.

Stropha 49.

*) Svaſa, ſvala. Ch. **) riſa. ***) froþgeþar. cæd.

49) *Fenrir*, lupus erat monſtrum vita hominum morientium ſaturandum, qvi ſedes deorum contemptus cauſa cruore aſperſit. Thoro manum momordit; ſolem deniqve & *Odinum* (qvi iidem eſſe videntur) devoravit. Forſan lupus hic eſt tempus omnium rerum edax. Cæterum hæc fabula monſtrat, qvam antiqva ſit traditio, qvæ Draconibus & id genus animalibus defectum ſolis atqve Lunæ, apud gentes qvam plurimas imo Americanos qvoqve teſte Lafitau in der allgemeinen Geſch. der Länder und Völker von America P. I. p. 118. adſcripſit.

50) *ubi numina mortua ſunt.* Summum numen cum ſecundum Eddæ Mythol. II. fine caret, ſeqvi-

Stropha 46.

GAGNRADUS.

Plurima obivi
Plurima expertus fui.
Unde veniet Sol
*In *) planum illud coelum*
Cum hunc perdiderit lupus?

Stropha 47.

VAFTHRUDNIS.

Unam filiam
Pariet Sol
Anteqvam eam lupus perdat. 49)
Illa eqvitabit
Ubi numina mortua ſunt 50)
Matris vias virgo.

Stropha 48.

GAGNRADUS.

Plurima obivi.
Qvænam ſunt virgines
Qvæ volant mare trans
Lætabundæ euntes.

F 2 *Stropha* 49.

*) placidum. refrigeratum. **) ſurgat.

qvitur, hic debere tantummodo intelligi ſemideos heroas, qvi in magno Deorum crepuſculo omnes abſorbentur. Eandem de Diis ſuis ideam fovebant Stoici. vid. Seneca Tragoed. in Hercule Oethæo v. 1012. ubi

Coeli Regia concidet,
Certos atqve obitus trahet,
Atqve omnes pariter Deos
Perdet mors aliqva & chaos

Deos ſc. minores. vid. Epiſt. Lib. I. Epiſt. IX.

Stropha 49.

VAFÞRUDNIR.

Þriar þioþar falla
þorp yfir
Meya maug þraſis.
51) Hamingior einar
k) þeirra í heimi ero
þó þær meþ iötnom alaz.

Stropha 50.

GAGNRÁDR.

Fiölþ ec fór.
hverir ráda æſir
eignom goþa
52) þá er ſlocnar *m*) *Surta* logi.

Stropha 51.

k) þær er í heimi. C. l) Surtar. L.

---

51) (Hamingiur) *Genii tutelares* ſ. boni ſunt, de qvibus vid. illuſtr. Domin. *I. Erici* Obſerv. 2. p. 149. Cæterum hic ſenſum hunc eſſe credo: Genus hominum renaſcens diviſum in tres populos, terram ex mari emergentem occupabit ɔ: inhabitabit; omnia tunc erunt geniis repleta bonis, qvi a malis univerſum tuebuntur.

52) (*Cum exſtincta fuerit flamma Surti*) ɔ: Conſumatione ſeculi peracta. Hæc referente Edda Mythol. XLVI. fieri credebatur

1) per ignem, mediante

2) aqva, qvæ *Surti* flammam exſtingveret, nam ſecundum Voluspá

immergitur terra aqvis
— & —
—. — emergit
Iterum, — —
Terra ex oceano
Pulcherríme Viridis.

Et in his cum noſtris majoribus, ſi modum ſpectes, qvo interibit mundus, conveniunt excolentes ſtoam.

1) *Sophocles* cujus hæc ſunt verba

Εϛαι

Stropha 49:

VAFTHRUDNIS.

Tres populi occupabunt
Oppida ɔ: *terras*
Virginum Thracis ſoboles.
51) (*Qvæ*) *genii tutelares ſolæ* (*erunt*)
m) *Eorum, qvi in mundo ſunt:*
Qvanqvam illæ apud Jötnos *enutiantur.*

Stropha 50.

GAGNRADUS.

Plurima obivi.
Qvinam regent Aſarum
Bona Deorum,
52) *Cum fuerit exſtincta Surti flamma?*

m) illæ in mundo &c.

Εϛαι γαρ εϛαι κεῖνος αιωνων χρονος
Οταν πυρος γεμοντα θεσάυρον. χαση
χρυσωπος αιθηρ. η θ' βοσκηθεισα φλοξ
Απαντα ταπιγεια κὰι μεταρσια
φλεξει μανεις.

unde ſuum Jupiter apud Ovidium Metam. Libr. I. procul dubio hauſit, dicens
Eſſe qvoqve in fatis reminiſcitur, affore tempus,
Qvo mare, qvo tellus, correptaqve regia coeli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

2) Seneca Qvæſt. Nat. Libr. III. Cap. XXVIII. pag. 368. m. "Aqva & ignis terrenis dominatur; ex his ortus & ex his interitus eſt. Ergo qvandocunqve placuere res novæ mundo (ɔ: Deo per totum diffuſo) ſic in nos mare emittitur, ut deſuper fervor ignis,

3) Lucanus Lib VII. canens de cæſis in acie Pharſalica
Hos Cæſar populos, ſi non combuſſerit olim,
Uret cum terris, uret cum gurgite ponti.
Communis mundo ſupereſt rogus oſſibus aſtra,
Miſturus.

Sed

Stropha 51.

VAFÞRUDNIR.

53) *Vidar* oc *Vali*
byggia ve goþa
þá er ſlocnar *n*) Surta logi
54) *Moþi* oc *Magni*
ſcolo 55) Miölni *o*) hafa
56) *Vingnis p*) at Vigþroti.

Stropha 52.

GAGNRÁDR.

Fiölþ ec fór
Hvat verdr *Oþni*
at aldrzlagi
57) þá er riúfaz regin.

Stropha 53.

n) Surtar. L. o) Miaulne. C. S.
p) rík vinna at Vigþroti. R. C. oc vinna at vígþroti. C. Er.

Sed differt exuſtio mundi Eddica ab illa Stoicorum, ratione effectus. Etenim hæc poſcente fati ordine repetitis vicibus novos iterum, iterumqve mundos devaſtabit, perdet, depaſcetur, ſicqve æternis periodorum orbibus orientur & flagrabunt mundi. vid. *Cicero* de Nat. Deor. Lib. II. Illa tantum unica eſt, nec fato alligata. Hæc in nihilum omnia vertet; illa tantum hunc in vacuo fluitantem orbem, ſalvis beatorum ſedibus, & horrendo, qvem cum *Nidhöggo* Dæmonum principe incolunt condemnati, mundo.

53) De *Vidare* ɔ: Victore, & *Valio*, qvi potentem notat, hæcce nobis tradit Edda. *Viþarr* heiter einn hinn þaugli As. hann hefer ſkó þiokkvann. hann er ſterkr næſt því ſem *Þór* er. Af hanom haſa goþin mikit trauſt í allri þrant, *Ali* eþer *Vali* heitir einn ſonr *Oþens* oc *Rindar*, hann er diarfr í oroſtom oc miöc happſkeitr. ɔ: Vidar *nomen eſt Deo illi taciturno; calceum is habet craſſum*, Thoro *fortitudine proximus. Et hic eſt tutiſſimum in qvolibet periculo Deorum præſidium.* Ali ſ. Vali Odini & Rindæ *filius pugna fortis* eſt, & ſcopum collineare doctus.

54) *Modi* eſt vis, vigor animi, ſ. virtus, *Magni* robur valet. Erant illi Thori filii, ſed Odino nepotes. Hæc autem qvatuor nomina mirum in modum conveniunt cum *Pallantis* ex *ſtyge* ſuſcepta prole apud Heſiodum in θεογ. v. 583. & ſeqq.

Στυξ θ' τεκ' Ωκεανȣ θυγατηρ Παλλαντι μιγεισα
Ζηλον κὴ Νικην καλλισφυρον εν μεγαροισι

Καὶ

Stropha 51.

VAFTHRUDNIS.

53) Vidar & Valius
Habitabunt loca ſancta Deorum,
Ubi exſtingvitur Surti *flamma,*
54) Modius & Magnius
55) *Miolnerem obtinebunt*
56) Vingnerio *cædibus defatigato.*

Stropha 52.

GAGNRADUS.

Plurima obivi.
Quis erit Odino
Ætatis (*vitæ*) *finis,*
Cum ſolventur numina?

Stropha 53.

Καὶ Ερατος, ηδὲ Βιην αριδεικετα γειvατο τεκνα
Των ȣκ ες̕ απαναευθε Διος δομος ȣδὲ τις εδρη
Ουδ̕ οδος οππημε κειvοις θεός ηγεμονευει
Αλλ αει παρ Ζενι βαρυκτυπω εδριοωνται.

55) *Miölner* ɔ: contundens, malleus erat *Thori*, qvo hoſtes percuſſit, debellavitqve. Per hunc b. *Kilian. Stobæus*, rarum ſuæ patriæ decus, fulmen intellectum fuiſſe putat in diſſertatione de cerauniis betulisqve Lapidibus habita anno ſalvatoris MDCCXXXVIII. Cui ejus ſententiæ lubentior ſubſcribo, qvam *Johannis Göranſonii*, qvi in libro *Is Altinga*, det är de forna Göters här uti Swea Rike Bokſtäfver ok Salighetslära, Tvaatuſend Tvaahundrad aar före Chriſtum utſpridde i all Land. Stockholm 1747. *Thoronis* malleum crucem noſtri Redemtoris adumbraſſe, & illum hujus typum eſſe certus adſerit. pag. 26. 27.

56) *Vignerio* cædibus defatigato. Thorus *Odini* ex *Terra* filius cum ſerpente Midgardico in conſumatione ſeculi congreſſus, victoriam eqvidem reportat, ſed viribus ita exhauſtus, ut niſi novem paſſus ab angve confoſſo ſe recipere valeat, ubi ob vim veneni, qvod hoſtis eum aſlaverat mortuus cadit. vid. Edda Mythol. XLVIII. Hic Thor apud *Vignerem* gigantem qvendam educatus, modo Vigneris Alumnus, modo Vignerius in poëſi, ut hic appellatur. Ejus hiſtoriam Syſtematice ſcriptam exhibet illuſtriſſ. Dnus P. Frid. Suhm in Libro Om Odin paginis 135 ad 170.

Stropha 53.

VAFÞRUDNIR.

Úlfr gleypa mun
aldafauþr
þes mun Viþar reca.
kalda kiafta
hann klyfia mun
q) *Vingnis* vigi at.

Strohpa 54.

ODINN.

Fiölþ ec fór
Hvat mælti *Oþinn*
ádr á bál ſtígi.
ſiálfr í eyra ſyni.

Stropha 55.

VAFÞRUDNIR.

Ey manne þat veit
hvat þú í árdaga
ſagder í eyra ſyni,
feigom munni

mælta

q) Vignis. C. L. Vitnis. C. S.

57) *Lupus devorabit.* In conſumatione ſeculi, qvæ bello fieri dicitur ſeu modo, qvi Genium Majorum noſtrorum prodit, erat Odino pugnandum contra lupum *Fenrirem*, de qvo vid. Edd. Mythol. XLVIII. Sed a qvo ille devoretur. Repugnaret hoc Mythol. II, qvæ teſtatur ſummum univerſi creatorem eſſe immortalem, verumqve Deum. Sed ex allatis in nota ad ſtroph. 17 & 18. Othinum patet eum non fuiſſe; unde omnis evaneſcit contradictio. Et qvis neſcit, veteres Græcos Latinosqve ejusmodi humanorum plurima ad Deos transtuliſſe, vid. Cicer. Tuſcul. Qvæſt. Lib. I, cap. 26.

Stropha 53.

VAFTHRUDNIS.

57) *Lupus devorabit*
Seculorum patrem.
Illum Vidar *ulciſcetur;*
58) *frigida ora*
is disrumpet
Vingnerii *cæde facta.*

Stropha 54.

ODINUS.

Plurima obivi:
Qvid locutus eſt Odinus
Rogum aſcenſuri
Ipſe in aurem 59) *filii.*

Stropha 55.

VAFTHRUDNIS.

Nemo hominum id novit,
Qvid 60) *tu initio dierum*
Depoſueris auri filii.
61) *Mortem præſago ore*

Re-

58) *Frigida ora* ſc. lupi, qvi Odinum devoravit; frigida vero dicuntur, omnia, unde malum aliqvod naſcitur; ſic *köld råd*, frigida mala ſubdola conſilia, *köld rif* frigidæ coſtæ, frigida latera, qvorum ope noxia conſilia efferuntur.

59) *Filii* ſc. *Balderi* cognomine boni de qvo vid. Eddæ Myth. XLIII. XLIV. XLV.

60) *Tu* Jam demum cognovit Vafthrudnis Odinum præſentem eſſe, cui poſſibile ſoli erat qvæſtionem hancce ſolvere.

61) *mortem præſago ore.* Perdiderat aleam certaminis qvæ capite ſtetit. vid. Stroph. XIX. p. 16. ſupra, unde crediderim *Othinum* itinera eum in finem ſuſcepiſſe, ut dolis vinceret, qvos aperto adoriri marte prudentia diſſvaſit.

mælta ec mína forna ſtafi.
Oc um ragna rauc.
Nú ec viþ Oþinn deildac
mína Orþ ſpeki.
þú ert e víſaſtr vera.

Recenſui meas antiqvas literas
Et Deorum crepuſculum
Jam ego cum Odino tentavi
Meam in diſſerendo ſcientiam:
Tu es ſemper ſapientiſſimus hominum.

INDEX VOCUM RARIORUM.

A.

Á. flumen, amnis. Celt. *aa*, *au*. Gall. *eau*. Dan. *Aa* aqva in genere. Britann. *Am*. apud *Baxter*. in Gloſſ. Antiqvitt. Brit. Præ omnibus videatur, Ill. Dnus Ihre in hac voce p. 45. 46.

Æ. ei. ey. ſemper, usqve. adverb. temporis Gr. ἀεὶ. A. S. *a*. Angl. *ay*. Goth. *aiv*. Alam. *io*. *ieo*. Hinc *eiliſd* perpetua vita, æternitas. A. S. *Eæli ſe*. 2) Interj. exclamandi *æ! æ!* proh! dolor.

Afi. m. avus.

Alaz. v. educari.

Aldinn annoſus. & *aldni* idem ab *aldr* generatio, vita, ſenium. ætas. ævum.

Alfraudull. Sol. ab *álfr*. numen, deus, genius. A. S. *ælf*. *elf*. & *raudull* rubor, jubar, qvod iterum a *rod* & *rodi* rubor. *ſolar rod* aurora. eſt igitur *Alfraudull* vi vocis jubar divinum. De geniis adeantur Obſervatt. illuſtriſſ. Dni I. Erici.

Allder generationes, homines.

Allda faþer p. epithet. *Odini* ab *aldr*, & *faþer* pater.

Alldr daga ſeculorum diebus. *Aldr lag*. vitæ finis, modus. ab *aldr* & *lag* poſitio, ordo, exitus.

Allz adv. ſiqvidem. Germ. *Als*.

Alſuinnr omniſcius. ab *allr*, *öll*, *alt* in compoſitis *al*. A. S. *al*, *æl*, *eal*. Al. *al*. Dan. *al*. Sv. *all* omnis, & *ſvinnr*.

Alſuiþer idem. ubi n in þ. mutatum eſt. p. 6.

Andfáng. p. 8. n. acceptio, receptio. p. 8. Dan. Modtagelſe. *Antfanclich* KERONI acceptabilis *Antfanckida*, *antfanckidi* exceptus *antfangigaz* excipi. ab *and*. Gr. ἀντὶ contra. & *fang* a *fanga* capere, recipere, aſſeqvi, obtinere.

Ar. n. principium, initium Gr. ἀρχη. Alam *Ar*. apud *Wachter*. *ár var alda. þá er ecki var.* Principium erat, ſeculorum, cum nihil adhuc eſſet. p. 19. *í árdaga* initio dierum. 2) mane hinc

hinc *árla* Dan. *aarle*, *árvakr*. Dan. *aarvaagen* ɔ: *aarle vaagen* mane expergefactus, ſurgens, laborioſus.

Ar. n. annona, proventus anni, ubertas. 2) annus. *Ar of bæþi ſcolo æ fara* per annos ɔ: perpetuo, ſemper comitabuntur. vid. *Ihre* in hac voce.

Arnar. m. genet. a nominat. v. *Aurn*. A. S. *earn*. Al. *aru*. Eddæ. *ari*. Cambrobr. *eryr*. Ulph. *Arans*. Belg. *Arend*. Germ. *Arn*, *ar*. mihi ab Alamanico *Ari* dominus, dicta eſt hæc Jovis ales, & Regina avium haud ſecus ac Germanis, qvi ob excellentiam *Adelar* illam appellarunt.

Artali n. dativ. a nom. *ártal* annorum computus *at artali* in anni computum. ab. *ár* & *tal* numerus. vocatur alias luna in Eddis *artali* ɔ: tempora dimetiens, cum ab ejus accretione & diminutione ratio temporum apud majores penderit.

Aſa. genetiv. plur. ab nom. *Aſar* ſing. *As* Deus numen. 2) vir divinus, qvales Odinus & ejus conſentes habebantur. Alam. Wachtero *As* qvod 1) monas eſt. 2) Deus, numen, ab ἀεὶ ȣσα deducit, Et meo qvidem judicio veritati propior eſt, qvam ſi a patria, Odinum & ſocios, Aſia nempe *Aſa* ſive Aſiaticos dictos fuiſſe putaſſet. Etenim *Æſar* Etruſcorum lingva Deus, atqve Tyrhenorum αισοι, numina, vocem Odino antiqviorem eſſe docent.

Aſynnom Dat. plur. a nominat. *Aſynnor* ſing. *Asynna* Dea ab *As* & *ynna* pro qvo hodie *unnuſta* amaſia ab at *unna* fovere, bene cupere.

Audr. m. p. 22. filius *Noctis*, *Naglfarisqve Ditem* eſſe puto. Nobis enim *Audr* ſubſtantiv. opes, bona, res, poſſeſſiones notat. Sed adjectivum *Audr* vacuus eſt, Dan. Øde.

Aul. n. cereviſia. A. S. *Eale* Dan. & Svec. Øl.

Auldom Dat. plur. a nomin. pl. *aldir* & ſingul. *Auld* generatio.

Aurgelmer nomen propr Jotuni. ab. or, ör ſ. *aur* partic. extenſiva & *gemler* & per metatheſin *Gelmer*, *gamall* ætate provectus, ſenex. hodie *Gemling* ovem trimam dicimus.

Auſtr. m. oriens. Gr. ἕως aurora. A. S. *Eaſt*. Dan. Sv. Øſter. Germ. *Oſt* adverbialiter ſumtum orientem verſus, notat.

Auſtan adv. ex, v. ab oriente.

Auþigr adj. p. 8. dives, opulentus ex *Audr* opes. & terminatione *igr*.

B.

Bál. n. 1) incendium qvodvis. 2) flamma. 3) rogus, qvo mortui cremabantur. Dan. Baal. Huic voci minime cognatum eſt verbum at *bæla* qvod ceu affine Dnus *Ihre* attulit ſub voce *Baul*. Sed venit hoc a voce *Ból* 1) habitaculum. 2) lectus, cubile. 3) domus. 4) fundus. hodie vero 2 ſignificatio tantum eſt in uſu, & alia; qva locus, ubi vaccas mulgent foeminæ. alias *Stödull* ita qvoqve appellatur. Hujus diminutivum *bæle* eſt. 1) habitaculum vile, indignum, caſa. 2) locus veſtigia corporis jacentis referens. 3) ſpelunca ſpecus, ubi animal qvoddam præſertim rapax latet. Matth. XXI. ὅ οικος μȣ οικος προσευχης κλεθησεται υμέις

δὲ

δε αυτον εποιησατε σπηλαιον λῃστων. *Isl.* mit hus er kallat bæna hus, enn þer haſit gert þat at ræningia *bæli* qvod Luther. vertit Mörderkule. Dan. Röverkule. Et hinc verbum *bæla* venit, qvod ſignificat, facere ut qvid jaceat *bæla peningin* pecudes certo loco, ubi jaceant, relinqvere. 2) deſternere: *bæla nidr ſængina* lectum ſtratum deſternere. 3) deſtruere: *bæla veggina nidr* parietes demoliri, deſtruere. 4) ſolo æqvare, deſolari *bann brendi oc bældi landit* oppidis ignem admovit, æqvavitqve illa ſolo.

Beckr. m. ſcamnum plur. *Beckir.* Dan Benk. de qveis videantur notæ ad Hiſt. Gunnl. Ophioglottæ.

Bein n. os, oſſa. A. S. *ban.* Franc. *bain, bein, pein.* Belg. *Dan.* Svec. Been. Angl. *bone.* Germanis præterea *Bein* montem, collem notat, ut Græcor. βυνος.

Bergelmer nom. propr. Jötuni. p. 26.

Biörg n. plur. nominat. a ſing. *Biarg* ſaxum. 2) mons collis Ulphil. *Bairg.* A. S. *Beorg.* 3) prærupta montium, qvæ vocantur etiam *berg.*

D.

Dali accuſativ. plur. a nominat. *Dalir* ſingul. *Dalr* m. 1) cavum qvid. 2) ſuperficies depreſſa. hinc Dan. *at dale* ſuperficiem deprimere, & *dalet* depreſſum: hoc de vaſis dicitur, ubi rebus externis ita illiduntur, ut cava extrinſecus veſtigia appareant 3) Vallis. Dan. Svec. *dal.* Angl. Deal. 4) poetice arcus, ita denominatus a curvatura, qvam vallis inſtar refert.

Deila partiri, dividere, diſterminare. 2) contendere; litem agere. 3) differere, diſputare.

Dellingr nom. propr. mariti Noctis, Patrisqve Diei. qvaſi *dag* v. *dög, Deglingr*, (unde mutatis ordinarie literis *g* ante *l* in *l*, *dellingr* venit) diei ſimilis.

Deyia mori.

Drótt. n. populus, hominum multitudo Germ. Vett. *drot.*

Dróttmaug hominum filii, mortales. a *drótt* & *maug* filius.

Dropi m. Gutta plur. *dropar*, accuſ. plur. *dropa.* Dan. *Draabe,* Sv. *droppe* a verba *at driúpa.* Dan. *dryppe* ſtillare.

E.

Ec ego p. 4.

Einheriar monoheroes. Valhallæ cives Odini & Friggæ ſatellites & aulici. viri nempe in acie cæſi. de qvibus Edda Mytholog. XXXIII. XXXV. ab *einn* unus & *her* exercitus.

Elivagar Amnes, fluvii infernales. ab. *El* grando, turbo, & *Vagr* ſinus.

Emc contracte pro *em ec* ego ſum. p. 8.

Endi. m. finis, exitus, terminus.

Engi e. g. nemo. *ecki* nihil. p. 6.

Enn ſed, verum.

Ey adv. temporis. ſemper, æternum. hinc *eylifd* æternitas *eylifr* æternus.

Eytr. n. virus, venenum. Germ. *Eitir* venenum apud Lipſium. *Eiter* bene deducit Wachter. ab *eiter* urere. A. S. *ater* ætter. *ættor.* Per qvod majores videntur intellexiſſe elementum qvoddam rerum ſimplex. Dan. *ædder* unde *Æ̈dderkoppe* araneæ. *Söeædder.* ſpuma maris glutinoſa albi coloris Isl. *marglitta.*

Eþer vel. aut, ſive. Dan. antiqv. *eda.* Svec. *eda.*

F.

Faþer 1) genitor. Pater. 2) vir qvi patris loco eſt aliis. hinc boni Principes a ſubditis Patriæ patres appellantur. 3) Qvi beneficia majoris momenti alicui præſtat. In qvo ſenſus b. Luthero & eum ſeqventibus venit, dum vocem אַבְרֵךְ coram Joſepho Geneſ. XLI. v. 43. proclamatam vertit *de ys des Landes* VATER. Pro qveis vulgata, *genua flectite* Biblia Teutonica Halberſtadi 1523. & Joh. Bugenhagii Lipſiæ 1533. *dat he vor öm Knye bögen ſcholle*, Domino Michaelis adapprobante ſubſtituunt. Utrumqve forſan minus rectum erit. Et hoc dudum viri ſummi perſpexerunt vernaculæ verſioni Bibliorum auctoritate Regia operam navantes. Illi *abrec* in Hebræis, Chaldæis, Syris, peregrinum, qvod S. V. Baſtholmius Hiſtor. Judaica T. I. pag. 252. luculenter probat, absqve ulla interpretatione retinuerunt. Ut vero vox hæc Ægyptiacam originem prodit, novum pondus adipiſcitur Andr. Acoluthus apud Vratislavienſes LL. Orientalium olim Profeſſor. ad Abbatem Molanum ſic ſcribens. "אַבְרֵךְ Geneſ. XLI. v. 43. "qvod communiter reddunt: genua flectite. Lutherus autem *der iſt der Landes Vater* hic eſt "pater populi. (vid. Pfeiffer. Dub. vexat. in hunc locum) eſt ipſum Armenicum ſeu Ægyptiacum "ABRECH vivite ſalvi & incolumes manete. a verbo ABREL vivere & eſſe incolumem. Si jam "inſpiciatur textus omnia ſvaviſſime fluent. Pharao inſidere juſſit Joſephum currui ſuo ſecundo, "& exclamaverunt coram ipſo, vel ipſis *Abrech*'ɔ: *vivite* ſc. tu Pharao & Joſephe. Qvid poſſit "dici commodius?" Præter Criticos ſacros Tom. I. parte 1. vid. ſi lubet, Aug. Pfeifferi Opera Philologica pag. 94.

Falla yfir cadere ſuper, diffundi, 2) occupare Dan. Overfalde. *falla þorp yfir* occupare oppidum.

Farit. 3. perſ. plur. Indic. verbi *at fara* perdere. 2) perire.

Feigr morti vicinus, cujus vitæ filum parcæ brevi disrumpendum judicarunt. A. S. *fæg.* Al. *vaig.* Belg. *Veegh.* Hinc Dan. *feig.* Germ. *feig.* 1) mortis. 2) periculi timidus: ſiqvidem tempore, qvo fata vocarent, fortitudinem & corporis & animi deficere credebant.

Fellir 3. perſ. præſ. Ind. v. *at fella.* ec *felli* cadere facio, mitto, demitto. 2) cædere, occidere. 3) reum vincere. 4) componere dicitur de lignariis vaſorum ſ. doliorum partes conſtruentibus, Vett. Germ. *fello* deſtruo. Belg. hodie *Velle* dejicere. 5) aptare. *falliun*, *felldr vel til eins.* alicui aptiſſimus.

Fimbulvetr. m. hiems famoſa a *Fimbul & vetr* hiems, tempus conſummationem ſeculi præcedens.

Fiöld. m. multitudo.

Fiör. n. vita. Æol. βιορ. Græc. βιος. vita hinc poetis *Fiörr* vir &.

Firar

Firar nom. plur. *viri*. Dan. *fyre* viri alacres dicuntur, & *firugr* Iſland. alacer eſt. *Fira* finium, Limitum rectores proprie ſignificare dixit S. V. Dnus Joh. Finnæus in Indice vocum ad Gunnlogi Ophioglottæ Vitam.

Forvitni f. p. 2. aviditas ſciendi a *for* particula intenſiva & *vita* ſcire.

Frame. m. progreſſus, virtus. Sv. *fremd* factum forte. Al- *from* fortis, *framr* majoribus noſtris præſtans, unde hodie *frama madr* vir ingenuus, etiam ſi *framr* ſimpliciter ſumt. effrontem denotet.

Freiſta tentare experiri. p. 4. *Freiſtaþac* pro freiſta *þa ec* tentavi. p. 2.

Frigg. f. nom. propr. Deæ uxoris Odini. p. 2.

Froþer ſapiens. p. 6. A. S. *frod.* Al. *fruater* gravis, prudens Belg. *vroed.* Græc. φραδης ſapiens Ulph. frathian ſapere.

Froþgeþiaþar. f. hilares. Froþgeþiaþr. m. hilaris animo. Dan. *froe* lætus, hilaris. Svec. *frögd* lætitia, hilaritas. Al. *frothe.* Belg. *Vreugd.* Germ. *Freude:* geþ animus. mens. *Geþiadr* hanc vel illam mentem habens.

G.

Gagnradr nom. propr. p. 8. ſignif. utilia ſvadentem, ſincerum: a *Gagn* utilitas & *rada* conſulere ſvadere.

Gaman. n. 1) Voluptas. 2) jocus, *hafa gaman vid cono* voluptatem ɔ: rem cum foemina habere. p. 28. *hafa gaman at nockoro* voluptatem aliqva ex re percipere. *Gaman rædur* ſermones jocoſi. *Gaman viſor* carmina jocoſa. Dan. *Gammen.*

Gaurdum dat. plur. p. 2. a nominat. *Gardar* ſingul. *Gardr* m. ſepimentum; ſepes. 2) area clauſa. 3) villa ædes. 4) Palatium, aula. *i gaurþum goþa* in aulis Deorum. Dan. *Gaard.* Græc. χορτος acervus.

Geſtr. m. hoſpes, extraneus, conviva p. 8. Al. Celt, *Gaſt.* Dan. *Geſt.* 2) nomen proprium *a)* fictum. qvo, advenæ cognoſci nolentes, ſæpius utebantur. *b)* Verum, hodieqve uſitatum.

Geþspeti. p. 16. male pro *Goþspeci.*

Gisl. m. p. 32. & *Gisle* obſes. A. S. *Gyſſel. giſel, gisle.* Dan. Svec. *Giſſel.* Longob. *Gezal. Kiſal.* qvod a *Giætsla. Gitslu* cuſtodia cura Dnus Ihre commodiſſime derivavit. 2) nomen proprium viri adhuc uſitatum.

Gisling. f. Obſidis datio 1) ſtatus, conditio obſidis. p. 34.

Gleypa devorare. p. 48. Dan. *Glube.*

Goþa. n. genet. plur. p. 2. numerum. a nominat. goþ. numina, dii. *goþom* dat. plur. diis. p. 32. hinc *gode* ſacerdos, ſacrorum antiſtes, flamen. Pontifex. 2) *god* idolum Chriſtianis dicitur.

Goþspeci f. Theologia a *Goþ* & *ſpeci* ſapientia ſcientia. Dan. *Gudlære.*

Grund f. campus, terra plana. poet. pro tota terra ſumitur. *Ifing deilir grund med goþom oc Jötna ſonom* ɔ: Ifing fluvius terram inter Deos atqve Jötnos dividit. Aliud eſt Dan. Svec. Grund fundus maris. 2) fundamentum, pars, ima; hoc etiam Isl. *Grundr* m. alias *Botn* Dan. *Bond* audit.

H.

H.

Hafþit pro *hafþi at* non habuit.

Halir. m. nom. plur. a ſing. *halr* vir.

Hamingior. ſ. nom. plur. a ſing. *Hamingia* fortuna, genii tutelares. ab *hamr* induſium, tegmen, id qvod adhæret. A. S. *ham.* Germ. *hembd.* 2) *forma, geſtalt: at fara i arnar ham* aqvilæ formam induere. *hamaz* novam mutuare formam, 3) furore agi.

Hanggvaz v. dep. ictus partiri, pugnare enſibus. verb. activ. at *hanggva* cædere. vid. Olav. in Gloſſ. ad Synt. de Baptiſmo.

Haufþadan accuſ. ſingul. a nom. *haufþaþr* inceptus. ab *Haufut.* n. caput. Ulph. *haubit.* A S. *heafod.* Dan. *Hovet.* Al. Fr. *houbit.* Belg. *hoofd.* ab *at hefia* ɔ: levare, elevare ſurſum ferre. *Geta ſer haufþaþann ſon* ɔ: generare conſimilem ſibi filium, qvi faciei lineamentis genus prodeat ſuum. In foro dicimus *at haufþa ſöcina* 1) actionem inſtituere. 2) in judicium cauſam ducere. at giøre Sagen anhængig.

Hauldar plur. viri nobiles. avitos tenentes & ſ. in dominio habentes fundos. mihi *ab at hallda* tenere. unde *at hallda rikit*, *Lenit*, *eignir ſinar.* regnum, feudum ɔ: præfecturam, bona ſua, tenere, regere, adminiſtrare. 2) poet. viri in genere. p. 2.

Haurgum dat. plur. a nom. *haurgar* ſing. *haurg.* m. Imago ſimulacrum Deorum. 2) fanum, lararium, *Hofum oc haurgum haun rædr* templorum & Deorum imaginum curam gerit.

Hauſs m. proprie cranium, ſynecdochice caput.

Heim adv. domum.

Heima. domi p. 2.

Heimr. tectum. ædes, domus. 2) villa Græc: κωμη. Dan. hiem. Sv. hem. A. S. *hæm.* Al. *heim.* 3) Regio, terra, tractus qvidam certus, ut *Aſia heimr* Aſia. *Alfheimar* Tractus Norvegiæ Sveciæ conterminus. *Búaheimr*, *Boheimr*, Bohemia &c. *Jötunheimar* Gigantum terra, Schytia forte. *Niſlheimr* Infernum. *Solheimar* nomen villæ ſoli oppoſitæ. 4) mundus, orbis.

Hel. f. Hecate, mors, Inferni Regina. Dan. Hiel mors: at ſlaae i hiel morti tradere, occidere De qva Edd. Mythol. XXVII. & XXVIII. Ex *Angrboda* (ɔ: angoris nuntia) foemina Gigantea ſuſcepit *Lokus* filiam *Helam.* Qvam Pantopater in Niſlheimum demiſit, imperiumqve dedit ſuper novem mundos, ut manſiones inter eos, qvi ad eam mittuntur diſtribuat. Hi ſunt omnes morbis & ſenio mortui homines. Multas ibi ædes habet magnasqve, cancellis cinctas grandibus. Ej Palatium eſt *Eliud* ſ. *Olund* ɔ: triſtitia, dictum. Patina ejus *Húngr* ɔ: fames: cultellus *ſultr* ɔ: Eſuries: Servus *Ganglate* ɔ: ſegniter ambulans: Ancilla *Ganglöt* ɔ: tardigrada. Limen *fallandi forrád* ɔ: præceps interitus. Lectus *kör* ɔ: diuturnus marcor & ægritudo; Stragula *blikande böl* ɔ: micans maledictio. Hela altera parte cærulea eſt, altera media colorem retinet pellis humanæ, torva & truculenta, qvare facile dignoſci poteſt. Qvæ deſcriptio conferri meretur cum illa Virgiliana. Æn. VI. v. 275.

Pallantesqve habitant morbi triſtisqve ſenectus;
Metus & male ſvada fames & turpis egeſtas
Terribilis viſu formæ, lethumqve laborqve.

Heriafaudr exercituum pater. nom. Odini ab *her* exercitus & *faþer* pater. p. 2. inde dictus qvod fortunam belli moderatur, cæſorum dimidiam partem in Walhallam recipit.

Heſtr: m. eqvus. Dan. Heſt.

Himin, m. 1) tectum. 2) coelum. Dan. Germ. Svec. Himmel. Belg. *Hemel*. 3) Tectum a) lectorum b) thronorum & ſupremarum ſedium. Dan. Sengehimmel, Thronhimmel.

Hinnig contracte pro *hinn veg* alia via, aliter, illuc.

Hodmimis genet. ſing. a nominat. *Hodmimir* qvod nom. propr. eſt Jötuni, a *Hod* aurum res pretioſæ & *Mimir* nom. propr. Gigantis. *Hoddmimisholld* & *hollt* caro auri cuſtodis, ɔ: terra.

Hof. n. 1) domus, κατ᾽ ἐξοχὴν, ædes, templum deorum. ab *at hefia* ſublevare, in altum ferre. Sed Wachterus id ab *huvan* formare, fabricare. derivat. 2) Aula Regum, Principum, qvæ tamen ſignificatio valde recens eſt, & Islandis vix nota. ab hoc longe diverſum *hóf* medium, mediocritas. ut *miött er mundangs hóf* tenerum eſt in lance medium.

Hræſuelgr m. cadaverum vortex, helluo. nom. propr. Ventorum Patris. a *hræ* cadaver & *ſuelgr* vortex, helluo.

Hrimfaxi. m. pruina jubatus. nom. propr. eqvi, qvi Noctem ferens guttis de lupatis decidentibus terram qvovis mane irrigat. vid. Mythol. VIII. a *hrim* gelu, pruinas ob frigus pruinam referens & *faxi* jubatus a *fax*, n. juba. p. 12.

Hrimkaldr pruinoſus, pruinæ inſtar frigidus, epithetum *Ymeri* & Jotunorum, qvibus origo, primaqve materia, pruina fuit. a *hrim* & *kalldr* frigidus a *kulldi* frigus.

Huerr qvisqve, *huer* qvæqve, *huart* & *huat* qvodqve.

Huaþan adv. loci. unde.

Hyr. m. calor. 2) ignis. hinc Græc. πυρ, qvam vocem Plato in Crotylo Barbaram eſſe dixit. Germ. *feur*.

Huerfa vertere. *huerfa aptr* reverti, redire. 2) circumire: *himin huerfa þau ſcolo huerian dag*. ɔ: Circumire debent coelum qvotidie. 3) *disparere*, conſpectum fugere, e medio tolli, evaneſcere. 4) circumdare, cingere.

Hundrat centum. p. 16. Al. Dan. *hundred*. Belg. *hondert*. Ulph. *hundred*. Sv. *Hundare*. 2) Valor rerum fictus, qvo centum viginti ulnæ ſ. qvatuor Joachimici ſubintelliguntur. vid. Dnus *Joh. Ihre* in hac voce.

Hunnmörgum. p. 32. pro *Hundmörgum*. dat. plur. a nom. *hundmargir* a ſingul. *hundmargr* valde numeroſus. a *hund* 1) decas. 2) particula augendi ſ. intendendi ſenſus ergo nominibus præpoſita ſignificans, valde, admodum; inde *hundvis* admodum ſapiens. *Hundmargr* admodum, valde numeroſus, comitibus qvam plurimis ſtipatus. hodie *mann margr* dicitur.

I.

Iſing f. nomen fluvii, qvi Deos & homines ſejungit. forſan ab *at íſa* irritare, qvam conjecturam doctiſſ. Domino G. Magnæo debeo.

Imsfaþer. Imeri pater p. 6. Epithet. Vafthrudnis.

Inn ille. *in* illa. *it* id. p. 6.

Jór eqvus.

Jötunn. m. Centaurus aliis, aliis gigas. p. 2. Dan. Sv. *Jette.* A. S. *Eten.* Gall. *Giant.* Ital. *Gigante.* Scot. *Giannt.* *Jötna ſynir* gigantum filii, ipſi gigantes.

Iſs. m. glacies. A. S. & Dan. *Is.* Germ. *Eis.* Angl. *Ice.*

K.

Kalþriſiaþr. coſtis frigidus. ut vero coſtarum ſ. laterum ope verba efferuntur, *Kaldriſiaþr* dicitur, qvi auſterus eſt, ſubdolus, malevolus, & conſilia dat noxia. a *kaldr* frigidus 2) inimicus Al. *chalti.* Angl. *cold.* Belg. *coud.* Dan. kold. Ulph. *kalds.* Germ. kalt.

Kiaftr m. os hians. hiatus oris. Dan. Kieſt. Angl. Bor. *Chafts.* Sv. Käſt.

Kióſa 1) eligere. 2) optare. Chauc. *Kieſen.* A. S. *Keoſan,* *Keſa.* Dan. *Kiæſe.* Gal. *Choiſir.* Germ. *kübren.* Ulph. *kaujan* guſtare. *Kióſa val* cædem in bello moderari, cædendos eligere. Odinus enim *Valfader* ɔ: Cæſorum pater ideo dictus *þvi hans óſka ſynir ero allir þeir er i val falla* Mythol. XVIII. ɔ: Qvia ejus electi filii ſunt omnes in bello cadentes. *Oc ſendir* Odinn *Valkyrior til hverrar orroſto, kióſa þær feigd á menn oc ráda ſigri.* Odinus igitur parcas, ad qvodvis prælium ablegat. etenim illæ fato mortales deſtinant, victoriamqve regunt. vid. Edd. Mythol. XXXI.

Kliſia diffundere.

Kynni 1) cognitio, certitudo. 2) res nota. 3) cognatio. 4) domicilium. *ſalakynni* p. 4. ædium ordo. *ec vil vita hve Vafþrudnis ſala kynni ſe.* Dan. Jeg vil vide hvordan Vafþrudnis Vaaninge ſee ud, ere indrettede. Alias *cynni* cognatorum habitacula. hinc *fara at cynni* cognatos inviſere. *Cynnis Veizla* Epulæ cognatorum mutuæ.

L.

Laþar. genet. ſing. a nom. *lauþ.* f. exceptio, receptio. p. 8. 2) Ductile Inſtrumentum qvo metallica ducuntur in officinis fila. a verbo *at laþa* ducere, vocare, invitare imo apud Edw. Lye in Diction. A. S. & Gothico latino *Ladian* vocare, arceſſere, invitare. *Loth þa hig laþode geornlice.* ɔ: Lot tamqve enixe eos invitavit. Geneſ. XIX. v. 3. 3) efficere: *at laþa þat ſua fyrir einom* efficere aliqvid alicujus cauſa. Al. *Latho* invito & *Lade* Germ. hodiernis eodem ſenſu venit unde Einladung invitatio. Celtis *LLais* Vox.

Letia diſſvadere p. 2. Al. *letten* impedire obſtare. Goth. *Latian.* A. S. *Lætan, alættan.* Belg. *letten.* Angl. *to let.*

Líþa fluere, 2) peditentim ire.

> *Tidin líþr, tac þer agt*
> *fyrir tále heimsins ſnauda*
> *þú veizt ej fyr enn verdr ſagt*
> *vaknit up af dauda.*

o:

Tempus *fluit* Tibi caveto
Ab illecebris mundi vanis
Incertus qvando vox edatur,
Surgite ex mortuis!

Dan. *Glide* convenit. Al. *farlido* transeo, prætereo. verleden, overleden præteritus, 2) defunctus, mortuus. *Lydt* Zelandis Transitus apud Leibnitium. Et *liþinn* nobis mortuus eſt, *Lifs oc liþinn* Vivus & mortuus.

Logi. m. flamma. Al. *Langho.* Germ. Vett. *Loh.* A. S. *leg, lig, lige.* Franc. *Long.* Dan. Loge, Lue. Belg. *Laey.*

Lúþr. m. Tuba, Buccina. Tres diverſi dantur modi, qveis in fluvio Ymeriano fertur vitam, familiamqve conſervaſſe Bergelmerus

1) *Tubam, Buccinamve aſcendendo* p. 30. Verum, qvam magna O Jupiter! fuit iſta tuba, tuba inqvam cui Buccinator alligaretur, non vero huic illa. Fictane hæc fabula eſt? Negatur. Ponamus a) *lúþr* derivari ab *at lyþa* ſonare, ſonum dare, & *lúþr* canorum qvid, adeo tympanum valere. b) tympana ſ. uteres pelliceos aëre interius incluſo expanſos, a prima hominum memoria in uſu fuiſſe: nemo ibit inficias eos, præter uſum muſices cymbarum etiam præſtitiſſe, præſtareqve adhuc qvibusdam in oriente populis. vid. C. Nieburs Reiſebeſchreibung nach Arabien. Et concedat qvivis abſurdum hic aſpectu primo, penitius conſideratum evadere probabile: Nec immerito; ænigmata fabulæ ſunt, qvæ non corticibus verborum hærentem, ſed intus latentem clauſamqve veritatem exhibent. Et difficultatem vera collineandi auget ignorantia de majorum moribus, rebus oeconomicis, factis fortibus & id genus aliis.

2) *molam conſcendendo.* vid. Reſenii Verſio Eddæ latina Mythol. VI. Ignorat hæc textus, & neſcio qvo excuſetur modo. Sunt tamen adhuc, qvi videntur ſibi rem rite intelligere. Etenim alii *molam* volunt molarem eſſe lapidem, qvo conſcenſo incolumis evaſerit Bergelmerus. Ab his peto, velint explicare mihi, qva potuerit ratione fieri, ut tam grave innotaverit aqvæ corpus. Ad miracula invitum me trahunt. Alii molam, pro molendino poſitam eſſe aſſerunt, ajentes, poſſe totam regionem undis mergi, nec tamen, molas, qvæ in muris, aliisve editioribus locis ſunt, aſcendentes periculum pati. His conſentiam, modo probent ſimul, tales fuiſſe veteribus Schytis molas, qvales nobis hodie ſunt.

3) *Navi ſe ſuosqve credidiſſe.* vid. textus Eddæ Reſen. l. c. Et de hujus poſſibilitate nemo eſt, qvi dubitat.

M.

Mælir 2 perſ. præſ. Ind. verb. *mælaz* dep. 1) colloqvi. p. 8. *mælomc.* p. *mælom ec* colloqvamur ego & tu, qvod ſubintelligitur. Eſt præterea verbum paſſivum ut omnia fere apud nos verba, ex. gr. *mæltiz vel fyrir hönum* optime ab eo perorabatur cauſa. 2) petere, rogare. *hann mæltiz*

iz til þes illud exoptavit ſibi. ab activo *at mæla* 1) metiri, menſurare, 2) *mæla viſo* pangere verſum 3) loqvi, colloqvi.

Magna robuſtus, viribus pollens, magnus. nom. propr. filii Thori. a *magn* vis, virtus, robur, poteſtas. 2) pars cujusdam rei potior. *megn* & *megin*. A. S. *mægn* & *mægen*. idem.

Mar. m. lacus, mare. Franc. *Mare*, *Marnis*. Celt. *Mor.* Ulph. *Marey*. Slav. *More*. Belg. *Moor* lacus, palus. Germ. *Moraſt*. locus paludoſus. vid. Leibnit. Collect. Etymol. p. 24. conf. p. 133. *Mar* etiam poet. ſignificat eqvum.

Mat. accuſ. ſing. a nom. *matr* m. eſca. Ulph. *matgan* edere.

Maug. m. filius, proles A. S. *magn*. Al. *mag*. Ulph. *magus*. A. S. *mago* parens eſt, item cognatus, & hinc nobis *mágr*. A. S. *magos* cognatus, affinis.

Mann f. juba, p. 12. 2) ora, dorſum cujusdam rei.

Meldropar. guttæ, qvæ de lupatis, dum manduntur eqvino ore, ſtillant. p. 12. a *mel*, *mil* lupata ab at *milia* contundere. Dan. Mundſtykke apud Fabrum Malmogienſem. & *dropi* gutta. Aliud eſt *mila* froenum lupatis carens, qvod ducendis bobus, indomitisqve adhibetur eqvis; vocatur etiam *mull*, unde Dan. *mulekorff*. *mulegrime* capiſtrum, ficella apud Fabr. *mila* capiſtrum injicere. forſan idem eſt cum A. S. *midlian* regere. apud Benzon. Sv. *mile* froenum eſt, imo lat. *millus* collare canum.

Mey. f. Virgo. A. S. *mai*. *may*. Dan. *Möe*. Sc. *May*. Ulph. *mavi*. Sv. *Mö*.

Miölnir conterens contundens ab *at mylia* contundere conterere. nom. mallei Thoris.

Morginn mane. p. 12. A. S. *morgen*, aurora, mane, matutinum tempus. Angl. *morning*. Dan. *Moren*. *Morgen*. *Morgun daugg*. Ros matutinus.

Móþi animoſus, animo fortis. nom. propr. filii Thori.

Mundilföri p. 20. nom. propr. Patris ſolis atqve lunæ. a *maundull* id qvod manu circum agitur, nam *mund* manus eſt 2) axis. & *fara* facere ut qvid cadat, eat, moveatur. forſan etiam per *Mundilforum* motus diurnus circa axem intelligitur. nec inepte Pater Solis atqve Lunæ dici potuiſſet, cum tali motu in totius mundi conſpectum producantur. Cognatum videtur Dan. *Leding* ductor, ducens, ɔ: polus apud Henr. Fabrum. ubi *Nörre leding* Polus arcticus. *Synderleding* antarcticus.

N.

Naurvi Dat. ſing. a nom. *Narſi*, *Narbi*, *Narvi* nom. propr. Patris *Noctis* p. 22. Hebr. ערב Græc. ερεβος. vid. Chriſt. Laſſonii Thyconis elegantiſſima Noctis præ die prærogativa Cap. XXI.

Niſlheimr &

Niſlhel. p. 38. idem eſt ac *Niſlheimr* locus triſtis, nebuloſus, qvem damnati & Walhalla indigni inhabitabunt. a *Niſl* Gr. νεφελη nebula. Germ. *Nebel*. Arm. *Niful*. A. S. *neowolneſſe*. & *Hel* 1) lethum, mors. 2) infernus.

Niördr. p. 32. n. propr. Sacrorum apud Sveones Antiſtitis.

Niþ. n. decreſcentia lunæ, interlunium. a *niþr*, *nidri* infra. hinc *niþa mirkr* denſæ tenebræ, qvales luna decreſcente, & interlunio eſſe ſolent. ab hoc diverſum valde *niþ* probrum convicium contumelia. A. S. *niþ*, *nyþ* neqvitia malitia, Odium, invidia, Aſtutia vafrities.

Nótt. f. Nox. Gr. Νυξ. nom. propr. filiæ Naurvi p. 22. Ternæ ejus nuptiæ indicant forte, noctem in tres dividi partes, *eyctir* vulgo dictas. Cum Naglfare *Audum* habuit filium, qvi & Ditem, & vacuum qvid, vacationem a labore ɔ: qvietem, ſilentium noctis notat. Secundum *Anari* ſ. ut etiam ſcribitur *Onari* nupſit. per qvem, ſi ab *Ann* ɔ: labor derivetur, amicus Diti intelligitur labor: ſi a Græc. Ονας mortis frater, vſum Noctis, ſomnum docet Edda. *Dellingo* ſ. Diliculo deniqve elocata *Dagum* ɔ: diem peperit. Qvicqvid ſit, Noctis hæc conjugia haud multum diſſimilia eſſe Phoenicum fabulis Sanchoniathoneis apud Euſebium Præparat. Evangel. Lib. I. Cap. X. obviis obſervavit b. Tychonius. l. c.

Nyt. n. pl. a nom. ſing. *nytr* utilis, beneficus. *nyt* benefica. *nytt* utile.

O.

Oc. 1) & conjunctio copulativa 2) qvod admodum ſingulare eſt, in Codice Regio adhibetur ſæpiſſime pro *of* ſuper: *oc nyt Regin* ſuper benifica numina p. 12.

Or præp. regens abl. 1) a. ab. ex. de. *or Ymisholde var iaurd umſcaupud.* ex Ymeri carne creata fuit terra. 2) ſine, absqve *or hófe* absqve modo ɔ: nimis, ſuperflue immodice.

Or. adj. c. noſter. *ort* noſtrum. hodie *vor*. nomin. pl. *orir*, *orar*. *Or*. Genet. *Orra*. Dat. *Orom*. Acc. *Ora*, *Orar*, Or.

Ordspeci. Sapientia colloqviis propoſita. ab *Ord.* Verbum. A. S. *Vord*. Al. *Uuort*. Angl. *Word*. Belg. *Woord*. Dan. Ord. Germ. Wort. Ulph. *Vaurd*. a 3 præt. *orti* loqvebatur, verbi *at yrkia* loqvi. & *ſpeci* ſapientia.

Orofi. vox difficilis plures admittit derivationes. ſc. a) ab *orofi*, *oræfi* deſerta, loca vacua, inculta. b) ab *Or-* & *hóf* per aphæreſin *óf* modus; unde *oróf* immenſitas Abl. *oróſi* immenſitate. c) ab partic. negat. nominibus præfigi ſolita *O-* & *rof* penetrabile ab *at riúfa* findere, retegere. Reſpectu temporis *Orof* dici potuiſſet *immemorabile*. tempus ἀδελον. hæc ſunt. Dni G. Pauli.

R.

Rauc. n. pl. explicationes, rationes, cauſæ, *at fœra rauc til* reddere rationem. hinc *Tiva rauc*. p. 36. Origines Deorum myſteriaqve. ab *at rekia* exponere, explicare 2) ſeqvi, *rekia ſpor* veſtigia legere, ſeqvi. A. S. *Ic recce* narro, expono, *recan* exponere. *Suefen rehte* ſomnium expoſuit. Geneſ. XL. v. 16. *Rekia ættartolor* genealogias exponere. 3) evolvere, explicare. han rakti *klædit* veſtem convolutam evolvit. *rekia netin* explicare retia: qvæ cum ad finem *explicata* ſunt, *rakin* dicuntur. 2) finis, terminus cujuscunqve rei, ubi ſubſiſtere neceſſum eſt, nec ultra qvem venire poſſumus. In qvo ſenſu *Explicit* ad finem librorum medio ævo exaratorum,

rum', adhibitum cernimus. *Ragna ranc* exitus, obitus, interitus Deorum ſive conſumatio ſeculi, qvæ *Ragna rankr* in Cod. Reg. Eddæ Snorr. etiam dicitur, non *Ragna rauckr*. Deorum crepuſulum in verſione latina Edit. Reſenianæ, qvam ſeqvebar pag. 51. appellatur. Diſplicet jam hæc verſio cum ad genuinum, niſi per ambages, ſenſum venire neqveamus. Vellem ergo *Ragna ranc* ſ. *rankr* (qvod certe idem eſt) transferri per occaſum, obitum, interitum Deorum, tempus, qvo Diis (ad Vett. opinionem) debitum naturæ ſolvendum eſt. Nec obſtat *Rancr* crepuſculum ſignificare, dum cauſa ſuo cauſato ſit prior. *Rancr* etenim *prius* occaſum ſolis notat *qvam* effectum occaſus, crepuſculum puta. unde 3) veſpera 4) tempus ultimum (ſumta a die comparatione) alicujus rei dicitur. ex. gr. *Rancr lifs vors* vitæ noſtræ ultimum.

Raſta genetiv. plur. a nominat.

Ranſt. f. qvæ vox ſignificaſſe videtur 1) qvietem. 2) locum qvietis. 3) tantum ſpatium, qvantum qvietis inter loca, dum proficiſcimur, jacet. unde 4) milliare venit ſive locorum menſura apud Veteres. A. S. *Ræſt* qvies reqvies, qvietis locus. *Ræſt-dæg* ſabbatum. Ulph. *Raſta* milliare. vid. Ihre in hac voce. Putat b. Ejolfus Jonæ Raſtam milliari minorem eſſe, ductus fabula De Thoro & Hrugnere, ubi Gigas novem raſtas altus, tres ſecundum humeros latus contra Thorum pugnaſſe perhibetur. Sed obſervandum eſt hunc Gigantem, ſtupendum fuiſſe opus Jötunorum, qvi percuſſi metu, ſe ſuosqve defenſioni contra Thorum impares judicarunt, ideo vaſtum adeo corpus creaverunt, ut alterum pedem tota deorum turba, excepto Valio, movere neqviverint. Et raſtam ſpatium eſſe longum ſatis intelligi poteſt ex Heimdallo, Numinum tutiſſimo cuſtode. Qvi oculorum acie aliis præſtantior per centum Raſtas qvicqvid rerum perageretur, vidit.

Reca. pellere, propellere, perſeqvi, inſectari. 2) ulciſci, vindicare Al. *Wrechen*. Belg. *Wreken*.

Regin. n. plur. numina communiter, & ſic a me vertuntur. p. 34. Jam vero collatione inſtituta inter l. c. *uus rinfaz regin*; & illud Salvatoris noſtri apud Luc. Cap. XXI. v. 26. Δυναμεις των ȣρανων σαλευθεσονται, ſuſpicio ſubiit *Regin* hic intelligi, qvæ illic δυναμεις. Qvam vocem vulgata transfert *virtutem*. Lutherus *Kräfte* robur. Dani Lutherum Islandiqve ſecuti ſunt, illi *Kræfte*, hi *Krafta* appellarunt. A qvibus tamen Reviſorum Regiorum noviſſima verſio ann. 1748. diſcedit, δυναμεις ȣρανων *Himmelens Hær* ɔ: exercitum coelorum vocans. Ego vim, virtutem univerſi compagem continentem intelligo, qvæ licet una diverſos effectus producens plura nomina ſortitur, qvo modo pluraliter δυναμεις appellari poſſunt. Qvicqvid ſit, erit mihi *Ragn*. plur. *Regin* 1) robur, vis, poteſtas. 2) per metonymiam adjuncti Potens, validus, robuſtus: unde A. S. *Regn* Principem, Rectorem, præſidem, Præfectum notat, imo etiam Deum numen, ut in *Reginu Giſcapu* ɔ: divinum decretum. Verbo: *Regin*. ſive a Latinorum *Regno* ſive a *Ram megin* vis, robur excellens, valde magnum, deriventur, apud majores noſtros nomen fuit diis & mortalibus divinum qvid ſ. excellens habentibus tributum. Verterem itaqve *Huat vinna einheriar heria fanþrs at unz rinfaz regin* ita: Qvid operantur Monoheroes exercitnum apud Patrem usqve dum vi univerſi compagem complexa ceſſante omnia ſolventur, v. dum vires univerſi compagem continentes ſolventur. Et hæ

vires

vires ad mortalium relatæ formam, ſine qva a majoribus comprehendi non poterant, certis in Edda nominibus inſignitæ & cultæ ſunt, Idem valet Stroph. 27. p. 24. Qvæ Geneſ. IV. v. 22. convenit.

Renna fluere, currere. facere ut qvid currat. *Ain rennr* amnis fluit. *Hann rendi biá borgarhlidi* portam urbis prætercurrit. *renna a ſkidom* Xyloſoleis currere. 2) de textoribus dicitur, qvi ſtamina fundunt. 3) cremor a lacte elicere. unde *undan renning* lac enucleatum.

Reyna tentare experiri, contendere. hinc *raun* experimentum. Sv. *Rön.* 2) dolor ærumna anguſtia.

Riúfaz ſolvi, dirimi, rumpi *riúfa fylking* aciem frangere. *Regin riúfaz* numina ſolventur, ab invicem dirimentur, ſummumqve obibunt diem.

S.

Sæhrimni abl. a nominat. *Sæhrímnir.* m. nom. propr. apri, qvo Valhallæ cives veſcuntur. Myth. Edd. XXXIII.

Sala gen. plur. a nom. plur. *ſalir.* ſing. *ſalr.* p. 4. habitaculum conclave, domus. 2) aula. 3) ædes, coenaculum Al. *Sala*, Arm. *Sala*, Mæſog. *Salian*. *Sel* Isl. æſtiva, ædes in montanis exſtructa, ubi pecudes per æſtatem paſcunt.

Sáttir concordes, convenientes, a verbo at ſættaz convenire. A. S. *ſettan* placare, Hib. *ſithim* idem. hinc *ſætt*, *ſátt* concordia fœdus.

Siá videre, 2) inviſere p. 6. 3) examinare. *ſiá eida at mönnom* juramenta ſe purgantium examinare in LL. Grágás.

Siom accuſ. plur. ſcintillas. a nom. *ſior.*

Skálmöld. f. frameatum ætas, ævum bello turbulentum a *Skálm* framea, & *öld.*

Skeggöld vi vocis, barbarum ætas a *Skegg* f. barba & *öld* generatio, ævum, ætas. Qvæ derivatio ſi vera eſt, non video, qva ratione oevo, qvod deſcribit Vola, triſti ſcilicet & malo, tale nomen tribuere poſſet. Etenim barba virum gravem atqve ſapientem, imo Deum ter opt. max. (qvem Pontificii, Græci & hodie dum Rutheni barbatum fingunt) decens, in honore ſemper fuit, & hinc majoribus.

Non coma, non ulla barba reſecta manu.

Qvod immerito miratur Vates Sulmonenſis: nam privari Barba ignominioſum fuiſſe, tum ſacra, cum prophana monumenta conteſtantur. Romani ſervos, noſtrates fures lege mulctarunt capillis & barba. Idem qvoqve faciunt adhuc Turcæ. Et qvis neſcit Hiſpanos, promiſſe barbatos orbem novum occupantes, incolas, qvod non alerent barbam, ſed radicitus evellerent pilos, beſtiis eſſe pejores, ejeraſſe. vid. Benzon. Nov. Orb. Hiſt. Lib. II. c. 17. Barbam igitur a politiſſimis gentibus maximi habitam fuiſſe cum probe conſtet, neceſſum eſt aliam nominis eſſe cauſam, luſum forſan, aut ænigma; potuit etenim a *barbarus*, barba ſumi, per *ſkegg* explicari, adjectiviqve loco compoſita in voce poni. Verum ego *Skeggold* a *Skeggia* ɔ: ſecure derivo; nam hinc potuit commodiſſime oevum cædemadens appellari, cum inter arma ſecures promineant. Qvidqvod, *Skeggöld* ſalutatur Dea cædivalis, parca, qvæ cæſis bello in Valhalla pocula miniſtrat. Grimnerianam laudo Odam ubi Odinus *Valkyrias* enumerat, nominibus, qvæ gradus belli monſtrant,

Hriſt

Hriſt oc *Miſt*.
Vil ec mer horn beri
Skeggold oc *Skögul*,
Hildr oc *Þrúdr*
Hlöck oc *Herfiötor*
Göll oc *Geirahöd*
Rángrid oc *Reginleif*
Þær bera *Einheriom* öl.

ɔ: *Hriſtam* (concuſſionem, furorem qvi arma miniſtrat,) & *Miſtam* (ortam inde turbationem ubi ſc. acies congrediuntur.)

Volo mihi cornua (potu plena) ferant.

Skeggöld (armorum ſtrepitus, ſubjunctum pro adjuncto) & *Skögul* (aciei declinatio, fuga.)

Hilda (fortitudo) & *Thruda* (animi virtus, conſtantia.)

Hlöck, (exultatio, gaudium ex victoria ſumtum) & *Herfiötor* (catenæ victis injectæ.)

Göll (clamor, vociferatio) & *Geirahöd* (pugnæ finis victoria.)

Rángrida (rapinæ violentia,, furor) & *Reginleif* (vita coacta, ſervitus.

Illæ *Monoheroibus* cereviſiam miniſtrant.

Skinfaxi juba ſplendens nom. propr. eqvi Diei, a *ſkin* ſplendor, ab at *ſkina* ſplendere, lucere, fulgere. cujus verbi ſignificatio activa ſc. monſtrare. pace illuſtris Dni Ihrei non datur, qvod locus ex Ingvari Peregrinatoris vita ab eo deſumtus docet. *Ingvar heſir eftir dauda Jardteiknum ſkinit.* ɔ: Ingvarus poſt mortem miraculis claruit. add. hoc ex Prologo ad Vitam Sti Magni Orcadum comitis: Johannes oc Thorlakr *hafa* Island *geiſlat med ſkini ſinna biartra verdleika* ɔ: *Johannes* & *Thorlacus* Islandiam illuminarunt ſplendore clariſſimorum ſuorum meritorum. A. S. *ſcinan*. Angl. *to ſhine*. Dan. *ſkinne* ſplendere, fulgere: A. S. *ſcinan mægenum* emicare virtutibus. *Vundrum ſcinad* mirifice ſplendet. *Scinaþ* þa *rithviſan ſva ſunne* ɔ: ſplendebunt juſti ſicut ſol Math. XIII. v. 43. 2) *Faxe* jubatus a *fax* juba. A. S. *feax* coma, capilli cæſaries *feax-claþ* faſcia crinalis. *feax-fang* comæ, capillorum prehenſio. *feaxeþ* crinitus.

Snotr 1) ſapiens. Ulph. *Snutrs* 2) hodie mundus, ornatus, Dan. nett. hinc *ſnotra* ſcopæ, qveis verruntur ædes, reddunturqve mundæ. in Append. ad Hiſtor. Olai Tryggvini. comp. *Snotrari* ſapientior.

Stöfom p. 12. dat. plur. a nom. plur. *ſtafir* ſing. *ſtafr* m. 1) baculus, ſcipio, fuſtis, columna, qvas cum primi, characteres, ad ideas cum aliis tacite commicandas a majoribus inventi ſed maxime ſimplices, Runas puto, referant, 2) literæ *ſtafir* dictæ ſunt. A. S. *ſtæf*, *ſtaf*. 3) Doctrina, ſcientia, ſapientia. *fornir ſtafir* p. 2. ſcientia rerum antiqvarum.

Sunn. *Sunna*. A. S. *Sun*. Angl. *the Sun*. Sol. p. 20.

Svaſudr. placidus. nom. propr. Patris æſtatis in *Edda*. Mythol. XVII. *Svaſuþr* heitir ſá er faþer *ſumars* er. oc er hann ſællifr. af hans heiti er þat kallat ſuaſlict er blídt er ɔ: Svaſudus *vocatur Pater* Æſtatis; *delicatus adeo eſt ille, ut ab eo placidum qvicqvid* Svaſlict denominatum ſit.

Svinnann accuſat. ſingul. a nom. *ſuinnr* prudens. 2) parcus, ſed hoc tantum hodie.

Surtr nom. propr. Cuſtodis limitum Auſtralis coeli, ignisqve mundum perdituri dominus, vid. Edd. Mythol. XLVIII.

T.

Tiva genetiv. pl. a nom. *tivar.* 1) Divi, 2) Dii. *tiva rauc* Deorum Origines pag. 32. A. S. *Tiv* Mars. *Tives-dæg* Dies Martis forſan a *Tif* Gradus ut Latinis *Gradivus.* nam nobis *Tifa* gradatim incedere notat.

Tiþir verb. imperſonale. cupiditas, deſiderium ſubit. a *tiþ* tempus, tempus oportunum, oportunitas. p. 2. A. S. *tiþian* annuere, permittere.

U.

Uaxa creſcere. Dan. voxe.

Uphimin hæmisphærium ſuperius, coelum; ab. *up* ſurſum, ſuperius, & *himin* coelum.

V.

Vængiom dat. plur. a nom. *Vængir* alæ. nom. ſing. *Vængr.* m. ala.

Vafþrúdnir nom. propr. Jotuni, qvem Odinus adiit, forſan idem ac *Vapnþrúdr* a *Vapn.* Germ. Waffen arma: (nam *p* in þ mutari ſæpius ſolet) & *prúdr* fortis; ita ut *Vafþrúdnir* fortem in armis notet.

Vag accuſ. ſingul. a nominat. *Vagr* m. mare. 2) pars maris terram ſecantis, ſinumqve efficientis. 3) pus. Al. *Wage* aqva, humidum fluens. 4) mare. Aliud eſt, *Vag, Vog* f. 1) ſtatera, trutina 2) fluctus. A. S. *Væg, Veg* 1) fluctus, 2) aqvarum vis 3) oceanus, qvod ab *at vega* elevare, 2) ponderare, venit, cum fluctus in altum ferantur, donec cavi mole ſua fundo illidentur.

Val accuſ. ſingul. a nominat. *Valr,* m. ſtrages, cæſorum in bello campo ſtrata corpora. a *Val* n. electio, ab *at velia* eligere. Omnes etenim bello cæſos elexiſſe ſ. prædeſtinaſſe dicebantur *Valkyriæ* ɔ: parcæ, Deæ cædivales, qvæ fortunans belli moderatum ab Odino mittebantur.

Vanaheimr Vanorum mundus. Regiones ad Tanaim ſitæ.

Vanir pl. nom. populi Tanaim accolentis.

Varþat contracte pro *varþ at* non fiebat. *varþat bann Aſom alinn* Aſis ɔ: Diis neutiqvam editus fuit.

Verpomc contracte pro *verpo mic.* *verpomc ordi á* conjicit verba in me ɔ: me alloqvitur. Eodem fere dicendi modo hodiedum utimur: at kaſte Øie paa noget oculos in aliqvid conjicere ɔ: ad videndum aliqvid oculos vertere.

Varþrat pro *verþr at* non fit.

Veþia periculum aliqva de re facere, ſponſionem inire de eventu rei futuræ incerto. A. S. *Vædd, Vedd, Ved,* Pignus, Arrhabo, Vadimonium. *Vedniman* pignus accipere, vadimonium ſumere: *under ved lecgan* ſub pignore ponere. 2) pactum foedus ſponſio. *ſettan ved* ſtabilire foedus. *ſlean ved* pangere, icere foedus. *Vedde ſyllan* fidem dare. *Hanfþi Vedia* capitis periculum inire, ſponſionem, ſi res aliter, qvam definitum eſt, eveniat, capite ſtantem, facere.

Vetr.

Vera p. 50. Genetiv. plur. a nominat. *Verar*, ſing. *Ver* m. 1) exiſtens qvid. 2) vir. a verbo at *vera* eſſe, exiſtere. qvod & de diis & mortalibus dici poteſt. melius igitur verba Vaſthrudnis p. 50. þú ert e víſaſtr vera; ita verterentur. *Tu es omnium exiſtentium ſapientiſſimus.* nam incerta eſt *Vaſthrudnes* de *Odino* ſive Deo, ſive homine opinio.

Vetr. m. 1) hiems. cujus hæc eſt in Cod. Reg. Genealogia: *Faþer Vetrar er ymeſt kallaþr* Vindloni eþer Vindſvallr, *han er* Vaſaþar *ſon. oc vorò þeir attungar* Grimmer (immitis ferus immanis) oc Svalbrioſtaþr (frigida ſpirans) oc *hefer* Vetr þeirra *ſkaplynde* ɔ: Pater Hiemis modo *Vindloni*, modo *Vindſvalus* appellatur. Ejus pater *Vaſudus*. Vindſvalo cognati erant *Grimmer* & Svalbrioſtadus; & hos ingenio refert Hiems. Cujus fabulæ hic eſt ſenſus: Hiems (*Vetr*) a nomine adj. *Votr* humidus veniens tempore anni ventoſo incidit, atqve ſimul imbribus triſti, qvorum porro imbrium ventis agitatorum inclementia, & humore mixtum frigus, Hiemis naturam conſtituunt. 2) Annus per ſynecdochen partis. *De computatione annorum per hiemes* priſcis Gentibus Hyperboreis uſitata videatur Ad. Henr. Lackmani *diſputatio Chronologico hiſtorica*, Kilonii 1744.

Vignir nomen Thori. p. 48.

Vigridr nom. campi, ubi *Surtus* cum *Muſpelli* filiis numina debellabit, & funditus delebit. a *Vig* cædes, bellum. & *rid* turba.

Vigþroti ablat. a *Vigþrot.* n. a *Vig.* n. cædes & *þrot* defectus. 2) finis. *Vignis at Vigþroti*; ɔ: Thoro viribus cæde exhauſtis deficiente.

Vindr. m. aura, ſpiritus, 2) ventus. 3) Vita *Vindrinn fór or hanom* ſpiritus, vita eum reliqvit. A. S. *Winds*, Winths. A. S. Dan. Germ. Sv. *Vind.* Al. *Uuint*. Chambrobr. *Gwint.*

Vitaþr partic. paſſ. declaratus. definitus v. *at vita* 1) ſcire cognoſcere. 2) definire, declarare, facere ut alii ſciant, *Vitaþr Vaullr* campus bello deſtinatus, præſcriptus.

Viþar nom. propr. Dei cujusdam. pag. 46.

Y.

Yggr nom. propr. Odini.

Yme nomen propr. Jötuni primævi, unde tota Gens ſic dicta prodiit, &c. vid. pag. 2.

Yrdi fieret. 3 perſ. imperf. conj. verbi *at verda* fieri. pag.

Þ.

Þraſr nom. Thori p. 44.

Þulr m. orator. p. 8.

Þurfi indigens, carens ab *at þurfa* carere, indigere *laþar þurfi* hoſpitii indigens. p. 4. Al. *Tharben.* Germ. *darben.* Belg. *darven* indigere & *Thurft.* Al. neceſſitas. Belg. *Durft.*

Þviat qvia, qvoniam. p. 2.

Þyrſtr ſitiens, ſitibundus, *þorſti* ſitis, *þyrſta* ſitire.

...tzt Vielfinnantn,

wider

...Hazen Ahrl, früher zu Prälatenauf, jetzt
Fralan, Beklagten, jetzt Kiffelwattan

...12 Anlagen.

...den 27 Oct.
...798.

Schiller in pto impraegnation
evidenter probationis et dedit
anni, mado pro termino zur ...
Leistung v...